



DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA, ^{22.}
DE
MEDICINA CHRISTI
DIVINA ET MIRACULOSA,

Carlau Panter,
2. 11. 1890.
QVAM,
AUSPICE DEO PROPITIO,
Et Consensu atque Auctoritate Gratiosæ Facultatis Medicæ,
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,

PRÆSIDE
DN. D. MICHAELE ALBERTI

SACR. MAJEST. REG. BORUSSIÆ AULICO ET CONSISTORII MAGDE-
BURG. CONSILIARIO, MEDICINÆ ET PHILOSOPHIÆ NATURALIS
PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO, ETC.
FACULTATIS MEDICÆ DECANO SPECTATISSIMO,

Domino Patrono, Præceptore ac Promotore suo, omni honoris cultu prosequendo,


PRO LICENTIA
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS
DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,
HORIS LOCOQUE CONSVETIS,

ANNO MDCCXXV. D. DECEMBR.

PUBLICAE AC PLACIDÆ FRUDITORUM VENTILATIONI SUBJICIET
RESPONDENS

CHRISTIANUS AM ENDE,

LOESNITIO - SCHOENBURGICUS.



HALÆ MAGDEBURGICÆ,
Typis IOANNIS CHRISTIANI HENDELII, Acad. Typogr.

M. B. ...
D. ...

L. BOY ...

D. ...

OTTO ...

CHOR ...

CH ...



COMITTE ...



ILLUSTRISSIMIS, CELSISSIMIS ET EXCEL-
LENTISSIMIS
COMITIBUS AC DOMINIS,
DOMINO
LUDOVICO FRIDERICO,

UT ET
DOMINO
OTTONI GUILIELMO,
SACRI ROMANI IMPERII COMITIBUS
DE
SCHOENBURG,
GLAUCHÆ, WALDENBURGII, HARTENSTEINII
ET LICHTENSTEINII, ETC. ETC.

COMITIBUS AC DOMINIS SUIS
GRATIOSISSIMIS.

ILLUSTRISSIMI, CELSISSIMI ET EX-
CELLÉNTISSIMI COMITES,

DOMINI GRATIOSISSIMI,



U^m pro more aliorum lon-
gis verborum ambagibus
leve hoc scripturæ genus
excusem, nihil plane opus
esse existimo, cum grata
VOBIS esse talia, quæ
ab animo humili & pio proficiscuntur,
& aliis, & mihi ad fatietatem sit notum.
Hujus

Hujus autem generis sunt præsentēs literæ, quas exarandi ansam præbuerunt subsequentes DE MEDICINA CHRISTI DIVINA ET MIRACULOSA differentes pagellæ, quam pro themate inauguralis dissertationis ventilando selegi. Hoc chartaceum munusculum VOBIS do, dico, dedico, & ad sacram quasi aram NOMINUM VESTRORUM ILLUSTRISSIMORUM ET EXCELLENTISSIMORUM depono. Impulit me ad id committendum Gratosissimus ille affectus, quo unumquemque, cui inest pectus fidum & probum, excipere soletis; jusserunt porro id facere pietas & reliquæ, quas hæc comprehendit, virtutes, quæ singulæ in VOBIS, tanquam in uno collocatæ resident centro, pulcherrimamque efficiunt panopliam: ut eo minus dubitaverim hanc in sinum VESTRUM deponere dissertationem, præsertim quia ejus thema æque Theologicum ac Medicum existit; stimulum insuper addidit me-

):(3 mo-

memoria renovanda B. parentis mei, quem
Celsissimo VESTRO Patrocinio quo-
vis tempore dignati fuistis; partim in
causa fuit scriptum ipsum, quod sub
VESTRA tutela ornamentum majus
adhuc capere possit; tandem etiam hęc
tam VOBIS, quam aliis declarare
volui, me in VOBIS humillime co-
lendis & amandis palmam concedere
nulli. Quę omnia cum occasione VO-
BIS, COMITES ILLUSTRISSI-
MI & EXCELLENTISSIMI, te-
standi hætenus fuerim orbatus, in sinu
lætor affulsisse mihi hodierna luce ex-
optatum illud tempus, quo VOBIS
mentem devotissimam ob oculos palam
ponendi copiam nactus fuerim. Ac-
cipite itaque perexiguum huncce cona-
tum gratiofo & sereno vultu ab humil-
limo cliente, qui nihil magis in votis ha-
bet, quam ut DEUS Clementissimus,
Sa-

Sator & Dator omnis nostræ felicitatis
Clementia sua VOBIS adesse & præef-
se velit. Protegat Ille VOS sub um-
bra alarum suarum, ut bona quævis,
tam spiritualia, quam reliqua, quæ huc
usque tanquam e fonte uberrimo largi-
ter in VOS profluxerunt, etiam in-
posterum continuent & perennent. Ad-
stet VOBIS suo auxilio in admi-
nistratione & moderatione Legum & ju-
stitiæ. Hoc Divinum Numen insimul
COMITES CONJUGES IL-
LUSTRISSIMAS, COMITES
FILIOS & FILIAS ILLUSTRIS-
SIMAS, Stirpe ac Gloria coruscantes,
omnemque GENTEM VESTRAM
ILLUSTRISSIMAM perenni illustret
beetque salute. Ut paucis mentem meam
explicem: Efficiat DEUS O. M. VOS
& VESTROS omni ex parte, quan-
tum per hujus mortalitatis leges licet,
inte-

integros atque beatos, VOSque post fe-
ros annos perfectissimæ suæ felicitatis
reddat compotes. Unicum superest, ut
me meaque studia fulgenti VESTRÆ
Gratiæ demississime commendem per-
mansurus, quoad vixero,

ILLUSTRISSIMORUM ET EX-
CELLENTISSIMORUM VE-
STRO RUM NOMINUM

Halæ Magdeburg, d. X. Dec.
A. O. R. MDCCXXV.

humillimus cultor,

CHRISTIANUS AM ENDE.



PROOEMIUM.

Medicam artem divinum esse charisma, multa sane confirmant argumenta, siquidem vita & mors sub potestate Dei est *Sapient. 16. v. 13.* deinde infirmitas & corruptibilitas corpori humano post lapsum adeo indissolubilis & connexa existit, ut nulla naturali potestate illa aboleri & annihilari queat, proinde omnes causæ & nude physici respectus in corpore humano & extra illud occurrentes, cum eodem vero coherentes, ita sunt constituti, ut certius vitam animalem destruant, quam mortis periculum avertant, præterea ipsa œconomia vitæ, divinitus instituta, plenum Medicinæ characterem tuetur, quem processum prudens Medicus ad Galeni monitum, dum Medicus Naturæ Minister esse debet, sollicitè & exactè imitari allaborat: neque etiam ulla subjecta medica vi prædita essent, qua remediorum titulum tueri possent, ni virtus illa physica, qua peritus artifex condigne utitur, a superiori influxu
A in

in ipsis conseruetur : porro ipse omnipotens Deus ab omni tempore talem se & promissionibus & largissima promissorum adimpletione præstitit, a quo unice salus humana pender; dehinc se ipsum tanquam medicum exhibuit & ut talem se commendavit & comprobavit, subinde divino suo auxilio methodum medicam indicavit & confirmavit, hinc talem methodum hæctenus in singulis suis auxiliatricibus operibus observavit, atque solum calamitatis humanæ verum medicum & salvatorem obtulit, ut propterea Medicina, quicquid salubritatis profert, ex ipsius plenitudine & inexhausto gratiæ & potentia fonte unam post alteram promat penum, unde quicquid divinitatis Medicinæ & medicamenti inest, illud soli Deo debet & referendum est: Et dum Benignissimus Deus hominem etiam medicum ordinavit, eidemque largissimam supellectilem e Naturæ Regno concedidit, qua ordine illo, qui omnino divinus est, dextre uti debet, ita ut ipse medicus in timore Dei, pia fiducia in Deum, sanctitate vitæ, ingenuo proximi amore, sincero conatu promovendi Regnum Dei, proinde vero in illo ordine veræ scientiæ & probatæ peritiæ suo fungatur officio, propterea Medicina naturalis non modo tanquam divinum donum agnoscenda, sed & in honorem Dei exercenda & admittenda est, quo salus ex primo divino videlicet & illo quidem efficacissimo hauriatur fonte: Ut ut vero omnis salus a solo provenit Deo, tamen quilibet Christianus religioni sibi ducat, ne tentet Dominum Deum suum; quod ipsum diversis

sis modis contingere potest, si arbitrarie neglecta o-
 pitulatione medica, miraculosam a Deo expectaret
 opem, dum naturali & divinitus etiam constituto
 ordine auxilium impetrare posset; quæ sane non
 est heroica fides, qua extraordinaria desiderantur
 auxilia, quando ordinaria non desunt: deinde si
 afflictus homo naturalia auxilia ad miraculosos fer-
 me extendit effectus & ultra ordinem naturæ, a na-
 turalibus plus desiderat, quam quidem unquam
 compertum atque exploratum est: in quo conamine
 tamen plus medici, quam ægri aberrant, quando sim-
 pliciorum medendi methodum vilipendunt, & mo-
 do in magiam naturalem, modo in medicinam my-
 sticam & chymiam verbis & spe magis, quam factis
 & ope fructuosam ruunt, adeoque evidentem sepa-
 ratum Medicum committunt, dum ultra sincere-
 ræ & probatæ simplicitatis spheram sapere volunt,
 qui dum planam & simplicem viam deserunt, aliam
 vero non inveniunt, in periculosa exorbitant præ-
 cipitia: denique ipsi ægri a via recti deflectunt, si
 medicum pluris æstimant, quam Deum, & non mo-
 do ab eodem, utpote infirmo homine, salutem me-
 dicam expectant, sed & ab illo unice & stricte opem
 urgent, quia medicus est, eidemque impetrato ali-
 quo auxilio omnem gloriam tribuunt; cum tamen
 ejusmodi medici cum Angelo illo *Apocal. 19. v. 10. re-*
gerere deberent: vide ne feceris, conservus enim tuus
sum & fratrum tuorum, habentium testimonium Jesu:
Deum adora conf. Actor. 3. v. 12. 13. 16. cap. 10. v. 26. cap. 14.
v. 15. Ex prædictis itaque patescit aliam Medicinam

esse strictiori sensu naturalem, i.e. spontaneam & naturæ humanæ tam in ordinario, quam extraordinario statu usitatam, aliam vero esse naturæ imitatricem & sic dictam artificialem, periinde vero methodo naturali & mediis naturalibus succedentem; quæ utraque sub divino progreditur dominio ac moderamine; adeo, ut hodiernum hæc ordinaria sit via, in qua medico pio & perito procedere convenit: quo loco forsitan quæstio moveri posset: an non hodierno adhuc ævo extra ordinariam naturæ liberæ & artis viam miraculosi effectus medicamentosi produci queant? pro qua quæstione decidenda non negamus, quod pro singulari sua providentia Benignissimus Deus etiam in foro medico miraculosa opera aliquando exerceat, ubi oppressa natura & deficientibus aliis naturalibus auxiliis tamen inopinata, quæ Dei est methodus, affulget medela; ut in tali casu proximo conveniat sensu *Ego Dominus Medicus tuus*: an vero medicus talia miracula medica præstare queat, haud adseverare mallems, quoniam ordinaria eidem patet via, qua incedere & in eadem communi benedictione ipsi frui licet: & si qua miracula talia forsitan contingerent, tunc illa proxime Deo essent adscribenda: an vero alia & contraria, quam divina energia medica miracula produci queant, sublimior est quæstio: quod Deus aliquando permittat, ut citra specialissimam destinationem divinam miracula ob occultas nobis contingant rationes, negari haud potest: quod etiam arte diabolica opera ferme miraculosa administrantur & singulari naturalium vi-
rium

rium applicatione perficiantur; iterum negare haud
 velimus, siquidem Diaboli notitia in naturalibus exi-
 mie superat humanæ mentis capacitatem: quo lo-
 co reminiscimur illius declarationis *B. Speneri in der*
Glaubens-Lehr im Anhang *Domin. VII. Trinit. p. 238.*

n. 3. Und wie vieles vermag durch den Teuffel zu geschehen /
 der die Kräfte der Natur versteht / da er auf uns unbegreif-
 liche Art / derselben Kräfte gebrauchet / Dinge zu thun / die über
 ihre Kräfte zu geschehen scheinen: Warum solte nicht vieles
 solches dieser Art unter den vorraebenden Wundern seyn: und
 daher nennen wir solche Leute nicht eben Zauberer / mit welchen
 der Satan / und sie mit seiner Hülffe würcken. Denn es kan
 seyn ohne ausdrückliches pactum mit den Satan / *ic. conf.*
Ejusd. Lauterk. des Evangel. Christenth. P. II. Feslo
Marci p. 207. 208. Dum verogenuino sensu miracu-

losa medela, non alia quam divina est, ita quoslibet
 in Medicina occurrentes respectus proinde discernere
 conveniet: Inter omnes medicas operationes ab ullo mundi
 tempore obvias miraculosa sua virtute eminent sanationes a
 Christo Salvatore præstitæ, cujus omnipotens vis soteria in
 Veteri & Novo Testamento fulgentissima radiat luce:
 Agamus itaque hoc loco & videamus Christum Medicum
 in carne: videlicet Inaugurali hoc themate **MEDICINAM
 CHRISTI DIVINAM ET MIRACULOSAM** in lumine Spiritus
 Christi contemplabimur, ut exinde immensam differentiam
 Medicinæ hominis & Medicinæ Dei intueamur hancque
 veneremur: Annuat huic proposito ex altris ipse Benignissimus
 Savior, ut ipsius gloriam hoc themate promoveamus,
 & ut ex hac plenitudine gratiæ Domini nostri Jesu

Christi in medicinam naturalem larga benedictio
divina affluat.

§. I.

DE *Majestatica Therapia Salvatoris nostri, sive de
Medicina Christi divina & miraculosa* hoc the-
mate disserere placet, quare in limine hujus
tractationis antea *principale* tituli argumentum
indicandum erit, ut reliquus *scopus* propositi
nostri magis pateat: Reminiscimur itaque illius apo-
stolici moniti *1. Cor. X. v. 31. quid facitis, omnia ad gloriam
Dei facite*; huc etiam pertinet illud præceptum ipsius Be-
nedicti Salvatoris *Joh. 5. v. 23. ut omnes honorent Filium,
quemadmodum honorant Patrem: qui non honorat Filium,
non honorat Patrem, qui misit ipsum*: sicut enim in Christo
omnis plenitudo *Divinitatis corporaliter habitat Coloss. 2. v. 9.*
ita hac occasione pro *imbecillitate* virium nostrarum ex
medicis fundamentis aliqua in *gloriam* Christi proponere
& commendare lubet: *Christum* itaque tanquam *Medi-
cum* hoc loco prædicamus & concelebramus: talem Me-
dicum se solenni titulo *revelavit* Jehova *Exod. 15. v. 16. Ego
Jehova medicus tuus & quidem in medico quodam nego-
tio ubi amaræ & adversæ aquæ dulcificatæ fuerant: sic
notam fecit Jehova salutem suam Psalm. 98. v. 2. sic vident o-
mnes terræ salutem DEI nostri: unde Medicum se profite-
tur ipse Salvator Matth. 9. v. 12. Hic enim est Petra salutis
Dei. 32. v. 15. Cornu Salutis 2. Sam. 22. v. 3. Psalm. 18. v. 3.
Salus DEI Psalm. 50. v. 23. etenim non est in alio ullo salus,
neque enim nomen est aliud sub celo, quod datum inter homi-
nes, in quo oporteat salvari nos Act. 4. v. 12. Quare omni-
um ægrotorum symbolum esto: *Salutem tuam expecto, Je-
hova. Gen. 49. v. 18. quemadmodum enim omnia per ipsum
facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est Joh.*
1. v.*

1. v. 3. ita *Jehova vivificabit homines Psalmo 41. v. 3. & verbum Tuum servat eos, qui tibi credunt Sap. 16. v. 26.* hoc vero est illud Johanniticum verbum, verum & unicum *αληθινόν πάντων τῶν λαῶν*: Christus itaque est Medicus quoad nomen & quoad officium, quoad promissionem & quoad implerionem, quoad spiritualia & quoad corporalia, omnia in omnibus verbis & factis, potentia & actu, sub perpetua sapientissima, iustissima & saluberrima directione & operatione: Dum vero Christum Medicum hoc themate veneramur, tunc ipsius *salutiferam* operam, vite animali aut naturali proficuum, qua corporis morbosas afflictiones profligavit, significamus, quatenus hæ calamitates vel corpus pressus concernunt, vel cum anima hominis afflicti coherent, siquidem hoc officium sanandi & corpore afflicto restituendi illis characteribus annumeratum est, quo se tanquam *verum Messiam* comprobare debet, *Esaiâ 35. v. 5. conf. Matth. XI. v. 5. cap. 4. v. 17. Es. 53. v. 4.* sicut itaque medicus homo naturali via atque modo per *divinam* benedictionem morbis resistit & sanitati restituendæ operam dat, ita Christus sua Medicina corporis humani afflictioni, sed sua sola & propria virtute & potestate, supernaturali & divine qualitati congrua ratione, subvenit, morbos subjugat, sanitatemque divino plane modo restituit, eo ipso vero se ut *Summum Archiatrum*, cui vita & mors subjecta sunt, in eminentissimo gradu comprobat: exponendam proinde hoc loco summam Medicinam Christi *divinam*: *Benedictus Deus est Auctor naturæ, adeoque etiam supra naturam est: sine ipso hæc nihil valet, unde ipse hac non utitur, qui sola sua proxima virtute id operatur, quod præter necessitatem & quasi per ambages mediante natura alias operaretur: interim Summo DEO pro sapientia & voluntate sua liberum est, hoc naturæ ministerio in communi naturali processu uti: quare a DEO non nisi divina proveniunt: adeoque ipsius opera proxima in eminentiori gradu Majestatica sunt:*

&

& hæc genuina *Heroina* est medicina, quemadmodum proprio sensu Christus *Schiloh*. Gen. 49. v. 10. *invictus Israël*, *der Held in Israel* 1. Sam. 17. v. 29. *auxilium ein Held*, *Pfalm 89. v. 20. Heros* Es. 9. v. 6. *Jehova sicut heros potens* *Jerem. 20. v. 11. nominatur*: illius medicina tantum est divina, aliorum medicorum medela *per hanc* divinam vim *salutares* demum nanciscitur effectus: unde hoc loco prædicatum divinitatis *excludit* ministerium & cooperationem *naturæ* & virium naturalium a divina virtute pendendum: ob id denique *miraculosa* hæc est *Therapia*, dum non modo *circa* concursum, sed *supra* omnes potestates naturæ succedit; quicquid itaque *supra vires naturæ* contingit, simul *sine* naturæ concursu, neque *secundum consuetum* ordinem naturæ est, neque naturalibus *mediis* perpetrari potest, id *miraculosum* est: & singulari hæc qualitates ad Christi medicinam applicari possunt: hinc *B. Spenerus in der Glaubens Lehr. Dom. 5. Trinit. p. 88.* dicit: Es giebt geschickte Medicos, die heilen solche Krankheiten auf natürliche Weise, welche eben andere nicht gleichermassen heilen können; andere Künstler können durch mathematische, optische und dergleichen Wissenschaften gewisse Sachen machen; welche dergleichen Dingen unerfahren vor lauter Wunder-Werk halten sollten: es geht aber alles damit natürlich her, und kan man weisen, wo man will, wie die Ursachen aufeinander folgen: das heißen dann mit recht keine Wunder-Werk, ob sie wohl wunderbar sind: aber das sind Wunder-Werk, wo entweder was geschieht, was schlechterdings der Natur ohnmöglich ist; als da vortien Sonn und Mond auf Josua Befehl Jes. 10. v. 12. 13. stehen bleiben müssen: oder wann Todte wahrhaftig auferweckt werden, welches keine erschaffene Macht zu thun vermag: oder aber wann einige Dinge, welche sonst natürlichen Weise auch geschehen können, auf solche Weise, da keine natürliche Mittel gebraucht werden, verrichtet werden: h. e. Krankheiten zu heilen ist endlich eine Sache, welche der Natur nicht ohnmöglich ist; aber Krankheiten zu heilen mit bloßen Befehl und Hand auflegen, ohne einige natürliche Mittel wie Christus und die Apostel gethan, ist ein recht Wunder-Werk: dann solches auf diese Weise zu thun, bleibet eine an sich selbst der Natur ohnmögliche Sache: *Quibus ipsis brevibus indicare & demonstrare placuit, quomodo præsentis considerationis titulus intelligendus sit.*

Et dum *Heroicam* Christi Medicinam explicare cogitamus, in *generali* adhuc hujus thematis commendatione inter illos *characteres*, qui præcipue *Salvatoris* curam, ab infirma *hominis* Medici therapia *discernunt*, hoc loco annotamus *Majesticum* illum & genuino sensu accipiendum *miraculosum* modum *morbosas* afflictiones avertendi & in exacte *sanum* corporis statum convertendi: quo loco mox eximium *scrupulum* injicere posset illa meditatio, an non *homines* etiam *miraculosas* curationes præstare queant, quæ propterea ad Christi *Salvatoris* Medicinam haud æquiparandæ essent; (*conf. B. Spenerus* de differentia curæ miraculosæ & artificiosæ *Theol. Bed. Part. 4. cap. 7. Sect. 10. p. 47. 48.*) non negamus, quod in *Papatu* innuenerunt miracula ad medicum etiam forum pertinentia, quibus vero, si *singula* circumstantiæ attente & judiciosè pensantur, parum *fidei* tribuendum est, si videlicet multæ concurrentes fraudulentæ enchireses separantur; qualia miracula itaque ex parte plane *falsa*, alia ex parte *dolosa*, quædam etiam incerta & *dubia* sunt: non vero penitus negaverimus, quod DEO ita permittente, ab *impiis* etiam miracula quandoque perfici possint, secundum illud Apostoli 2. *Thess. 2. v. 9.* Des, welches Zukunft geschieht nach der Würckung des Satans, mit allerhand lügenhaften Kräfften und Zeichen, und Wundern: hæc miracula vero sunt deceptions & illusiones Satanæ: quod vero ab improbis miracula præstari possint, testatur *B. Spenerus* *Glaubens. Lehr. Anhang* p. 239. dum dicit: Es können auch Wunder geschehen von bösen Leuten und von falschen Propheten *Deuter. 13. v. 1. seq. Matth. 7. v. 22.* die Zauberer in Egypten thaten viele Wunder nach Exord. 7. v. 11. 12. c. 8. v. 7. bis es GOTT nicht weiter wolte zulassen, damit Seine Krafft offenbahr würde. Gleichwohl ließ GOTT die erste zu, zu Bekräftigung des Irrthums Pharaos: Die Juden riefen mit beschwören Teufel aus, *Act. 19. v. 13. conf. ejusd. Lauterkeit des Evangel. Christeneth. domin. 2. Epiphau* p. 272. 273. *Inter* hæc talia miracula ratione *intentionis, directionis, successus* &

& *fnis* quantum discrepent a *Christi* miraculosa & divina medicina, haud difficulter liquebit. Quando itaque pontificii *divinitatem* & *infallibilitatem* suæ religionis ex miraculis suis, quo provocat, probare haud verentur, tunc *B. Spenerus* *Gl. Lehr* l. c. n. 6. ita regerit: Es können keine Wunder von den Papisten vorgebracht werden, da nicht von den Heyden dergleichen gelesen wird: *Vespasianus* ap. *Tacit.* 4. *histor.* 31. currite mit Arrühren einen fast Blinden, und einen Lahmen: *Adrianus* hat die Blinden sehend gemacht; *Augustinus* lib. X. de civ. dei c. 16. gedenket aus den Heyden unterschiedener Wunder-Werke, so von den Priestern und dergleichen Leute gesehen: *Apollonius Thyaneas* hat so viel Wunder gethan, daß er von den Heyden *Christo* verglichen worden, da er einen Todten erwecket, Teufel ausgetrieben &c. *Nihilominus Christi miracula* medica *omnibus palmaris circumstantiis* adeo *infnito* & eminenti gradu ab *omnibus aliis* miraculis discrepant, ac *Creator* a *Creatura* aut *primus genuinus miraculorum fons* a rivulis inde pendentibus differre solet: ob id inter *Medicinam Christi* & *Medici artificis* immensa etiam est differentia: qualia enim sunt subjecta, talia sunt prædicata. *Quis enim adeo sapiens* sibi videri gestiat, ut *Dominum Naturæ naturalis* methodo curare debere dixerit: hac enim via diffusiori omnino ordine & velut per *ambages* salutiferam suam opein exhibere videbitur ille, qui natura *non indiget* & sine quo natura esse, nec quicquam valere potest. *Generica* enim benedictione *Christus*, per quem omnia facta sunt, quæ sunt, totius naturæ *vires* beavit & instruxit, unde non *specialior* naturalium adminiculorum selectus hic demonstrari potest, ni hæc *Christi* therapias *sacramentorum* classi contra omnem fundamentalem rationem & fidem *Christianam* accensere velimus, ut ita *salvæ* & *gleham terræ*, quibuscum *Salvator* miracula sua medica præstitit, cum *pane* & *vino* in *Sacra* cœna, & cum *aqua* in *baptismo*, tanquam externis visibilibus symbolis in unum eundemque tenorem referre debeamus, quod vero minime fieri debet aut potest: unde brevibus tantum *absolute miraculosam* & ab omni *naturali* vi discretam *Christi Medicinam* defendi-

sendimus, quemadmodum hic *divinus* modus curandi competit Christo, utpote *Verò DEO* & Salvatore benedicto, deinde alterius modi per *naturalium* virium *concursum* aut applicationem nulla *necessitas*, nulla *specialis utilitas*, nullus *singularis scopus*, neque ulla *revelationis* vestigia patent: dum enim Benedictus & omnipotens Salvator cum exigua panis supellectile tot millia hominum obfaturavit, tunc ludicrum & petulans esset conamen rationem miraculi in vi expansiva & obfaturante panis supponere, consistere & urgere velle, dum in *divina* virtute Christi solidam rationem quærere justum, pium & sobriæ etiam rationi conforme esset: sicut enim ipse est verbum hypostaticum, ita de illo valet *Psalmo 33. v. 9. ille dixit, & factum est; ipse præcepit & adfuit*: quid itaque opus fuerit ad *divinam* & miraculosam curationem Christi via naturali procedere: huc pertinent verba *B. Speneri in der Lauterkeit des Evangel. Christenth. Domin. 12. Trinit. p. 318. 319.*

Wir sehen hier den Unterscheid unter den Wunder- Wercken Christi und andern Curen: Wahre Wunder-Work gehen plögl- lich daher, und muß der Schaden stracks vollkommen gehoben seyn; aber mit leiblichen Curen gehets langsam, und wird erst allgemach besser; das macht, denen natürlichen Mitteln, deren sich der Medicus gebraucht, widersteht die Krafft der Krankheit und macht das die Wirkung auß wenigste lang- sam geschiehet, aber göttlicher Krafft, da er Wunder thun will, kan nichts widersehen.

§. III.

Ast quid sentiendum erit de illa oblocutione, quasi Christus Salvator *naturali* etiam modo atque processu in sanandis *infirmis* usus fuerit, dum interdum contingit, ut *homines verbis* atque *tactu* alium afflictum curare queant, quando afflicti ob firmam *fiduciam* & *impressionem* de impetranda sanitate etiam per *imaginariam* therapiam sui voti compotes fiunt, quales curationes *D. D. Praeses* proposuit *Disp. de Therapia morali, de Phantasia usu, lusu & abusu in medicina, de Therapia imaginaria*: ita enim ipsa

observatione teste constat, quomodo *verba* comminationis & imprecationis *morbos* provocent, gratiosa vero *verba* morbos demulceant, quare labia aut *verba* gratia plena passim commendantur *Proverb. c. 16. v. 21. c. 22. v. 11. Syr. 20. v. 13. verbum bonum letificabit cor. Prov. 12. v. 25. conf. Prov. 15. v. 30.* ubi de *gratioso* adspectu agitur *Syr. 40. v. 11. Prov. 16. v. 24.* & in multis aliis S. S. locis: neque rationi atque observationi contrariatur, quod ministrantibus *amicis*, amoenis, gratiosis atque placidis compellationibus, consolationibus atque *discursibus*, nonnulli affectus *mitigati*, aliqui etiam *aboliti* fuerint, unde illæ feminis *ulscatæ* formulæ innocuerunt, man könne einen gesund werden, quemadmodum quidam medici a patientibus suis cum ejusmodi colloquiis, wann sie dem Kranken nach dem Maul reden, benevolentiam & fiduciam captare solent: quod vero *tactum* attinet, tunc nonnulli ad curationes *strumarum* regias & *alias* cum tactu administratas *therapias* provocare possent, quasi perinde ejusmodi medela, ab hominibus præstita & inter alias rationes etiam *mediate imaginatione* peracta fuerit: Et quid dicamus de *Salvæ medicamentosa* virtute, quæ multis exemplis demonstrari possit; sed cum nobis supervacaneum videatur tales conquirere *historiolas*, quæ ad *primarium* hujus *thematris* scopum applicari non possunt, ita haud nobis placet in otiosam descendere occupationem: Quanti vero *valoris* singula hæc argumenta sint, facile demonstrari poterit: an a curatione *hominum* per *tactum*, ad *Christi* Medicinam valeat *argumentatio*, vel leviter ratione exercitatus assequi potest: an *Christus* *tactum* eum ob *scopum* in *sua* *sanatione* adhiberit, ut *mediante* illo *ægros* *restituat*, nullo affirmari potest *argumento*: an *mortua* (de qua extat *Matth. 9. v. 25. eragieff sie bey der Hand*) per *imaginationem* ab hoc *tactu* in *vitam* revocata fuerit, quilibet homo vel integro tantum intellectu prædictus comprehendere

te & decidere potest: an in illis infirmis, quos Sal-
vator *attigit*, tanta præsto fuerit *fiducia*, imaginatio &
certitudo de impetranda ope, haud demonstrari potest,
quin potius obstet, quomodo in multis, qui Christi me-
dela subjecti fuerant, metus, angustia, animi afflictio, hæ-
sitatio, abjectio, imo forte dubitatio, aut cogitatio de alio
sanandi processu mentes detinuerit, quippe qui *affectus*
naturalem modum curandi non modo hebetare, sed &
plane *destruere* indies possunt; ast quis unquam auxilii
mopsa Christo discessit? an porro *subitanea* medela, quæ
cum contactu Christi uno eodemque tempore successit,
patitur comparationem cum *successiva* & retardata cura-
tione, quæ interdum *hominum contactum* consecuta est:
an porro *illi* morbi, in quorum momentanea sanatione
Benedictus Salvator infirmos manu attigit, *imaginatione*
curari potuerint, v. g. an *Hydropicus* tactu curari possit
ministrante, imaginatione, nemo medicorum adstruere
poterit; an mulier, quæ spiritum *infirmis*, qui vocatur
πνεῦμα ἀσθενείας, annos decem & octo habuit, posteaquam
Christus manus ipsi imposuit, *Luc. 13. v. 11. seq.* *ἄρραξεν*
extemplo curata fuerit per imaginationem, vix *sane* men-
tis medicus asseverare poterit! siquidem alias in tam *diu-*
turnis morbis nuda imaginatio *parum* vel *nikil* valoris
contribuet: an *cæcus* à *nativitate* *Job. 9. v. 1. seq.* mediante
imaginatione, an vi sputi, an efficacia luti, an lavamento
in lacu Siloan naturaliter curatus sit, frivolum esset spe-
culari, cum ipsum divinum Christi Verbum miserum
hunc sanaverit, reliquæ vero circumstantiæ sapientiæ
Christi placuerint, ut adspectantium attentionem sibi
conciliaret, quia homines illo tempore signa & mira-
cula, *externos* etiam sensus opplentia, expectabant, imo
desiderabant: an morbis *variis* afflicti ægrotantes, ad
Christum adducti *Luc. 4. v. 40. 41.* ubi unicuique eor-
um manus imposuit, eosque sanavit, *indiscriminatim*

non modo in tot *diversis* morbis per imaginationem curari poterint, sed & singuli etiam hac via curati sint, obloquitur ipsa cura imaginaria, quæ non modo *rarissima*, sed & *paucis* morbis accommodata est: & quid judicandum erit de *attactu* loculi Luc. 7. v. 14. dum Christus filium unigenitum viduæ Nainiticæ in vitam e morte revocaverat, in quo miraculo etiam tactus obtigit, sed unde imaginatio! sane neque in arca ferali, neque in mortuo! Exinde brevibus tantum significare volumus, quam profano & lepido *ausu humani* processus cum operibus *Christi* aliquando commiscantur, ubi omnes circumstantiæ apertam factorum contrarietatem probant; quare minime sufficit tantum aliquales verisimilitudines, aut operum *diffusam* convenientiam corradere, exemplo malæ comparationis curationis per verba & tactum ab hominibus commemorari solitæ, (pro cuius confirmatione adhuc multa testimonia atque requisita erunt producenda) cum medicina Christi, cujus verba *majestatica* cum tactu aliquando conjuncta, sed scum *momentanea* ope & salute confirmata longe *majoris*, quam *naturalis* sunt auctoritatis atque valoris, ut propterea in ejusmodi operibus soli *divine* potestati, *immediate* adhiberæ, adeoque absolute miraculosæ tribuenda sit gloria.

§. IV.

Sed ne in alienam messem nostram immittamus faciem, brevibus demonstrabimus, quomodo *presens* consideratio cum *Medici* officio cohæreat, ne tantum *theologica* tractare videamur: id ipsum sequentibus annotabimus momenti: 1) quando benedictus Salvator perfectissimus, *Summus* & consummatissimus est *Medicus*, ita medici artifices suo officio in *Gloriam* illius, a quo reliqua benedictio in artem medicam redundat, fungantur, secundum illud *Syracidis* 38. v. 6. ipse *dedit hominibus scientiam ad adipiscendum gloriam in mirabilibus suis*; unde quo plus *difficultatis* arti medicæ inest, eo plus *benedictionis*

nis ab omnipotente illo Archiatro calidis efflagitent precibus: *B. Spenerus in der Lauterk. des Evangel. Christeneth. domin. 24. Trinit. p. 602. dicit:* die Medici sollen aus der Erkänntnis der Unvollkommenheit ihrer Kunst nicht nur desto vorsichtiger in ihren Curen seyn, sondern auch in den Curen immer auf Gott sehen, und nicht weniger Vertrauen darauf setzen, mit Gebet zu ihren Artzneyen den Ceegen zu erlangen, als daß sie sich bloß auf ihre Kunst verlassen wollten: ob id etiam *Bravo de Medicinæ dogmaticæ præstantia Sect. 4. resol. 1. p. 134. Medico cultum DEI commendat;* 2) *medicus artifex ne in se suscipiat morbos incurabiles curare, i. e. ne promissione aliqua artificioso suo officio talem opem aggrediatur, quæ potestatem humanam atque naturalem superat & quæ soli divinæ competit potestati, v. g. consummati hydropici cura, a nativitate cæci restitutio, morbi per multos annos confirmati percuratio, agonizantium revocatio, obfessorum medica therapia, morbi non modo per plures annos sustentati, sed & sub multorum medicorum manibus nutriti (velut in scemina quæ per duodecim annos profluvium sanguinis passa fuerat Marc. 5 v. 26.) emendatio; quod forte facilius fieri poterit, si vera esset illa fabula, quam enarrat Eusebius Hist. Eccles. lib. 7. c. 18. quasi hæc γυνή ἀνορεξούσα posteaquam a Christo sanata fuerat, in ipsius gloriam imaginem ejusdem in patria sua erigere curaverat, & cujus pedibus herba excreverat, quæ omnes morbos tollere potuerit; quam narratiunculum minus fide dignam agnoscimus, quo magis fructus veræ fidei, ad quam mulier hac divina ope perducta fuit, alterius schematis fuit, & quo magis antea hæc ad incitas redacta a multis medicis multa passa est, ita ut impenderit sua omnia 3) præterea pius & peritus medicus sciat, quod, licet ipse pro scientia, conscientia, prudentia & peritia omnia in nonnullis morbis præstiterit, quæ e re esse visa fuerant, quando illa consilia & auxilia exoptatam operam haud attulerunt, in tali casu neque animus penitus abjiciendus sit, quasi medica talia negotia plane nulla benedictione fruantur, aut pro-*

propterea tota ars medica fallax, incerta & manca fit, neque propterea in altero extremo cum impatienti conatu salutarem scopum prosequatur & in diversa experimenta seduci patiatur, sed potius sciat, quod in tali casu singulare quoddam coincidat directorium, imo quod in nonnullis casibus divina plane manus resistat, siquidem in talibus necessitatibus ipse DEUS suum exercebit robur, ut medicus dicere queat, *Psalmo 60. v. 14. cum Deo faciemus robur: ut ut enim omnipotens Archiater Christus medicis operationibus benedicit, tamen ipse aliquando sola sua utitur potestate, & aliis, nobis occultis, methodis ad alium operatur scopum, quare B. Spenerus l. c. ait: Manchemahl hat Gott seine heilige Urlassen, warum er bey allen angewendeten Fleiß keinen Segen geben will, sondern da muß entweder auch das klüglichs angewandte Mittel, das sonst vor bewährt gefunden worden, keine Krafft haben, wo der Herr einen Menschen wegnehmen oder länger krank haben will; oder es müssen auch die klügsten Medici etwas versehen, da der Herr so zu reden, ihnen die Augen bindet, daß sie nicht sehen müssen, was sie sonst zu andernmahlen sehen: weil ein Gerichte Gottes ihrer Kunst diemahl entgegen siehet: davon ich lieber in denjenigen Fällen, da es kluge und christliche Medicos betrifft, gedanken und mich unter den Willen Gottes durch den was geschieht, beschloffen worden, demüthigen, als diejenige, welche gebraucht werden, zu viel beschuldigen wolte, wie wir ohne das was geschieht, allezeit mehr von der Hand des Herrn, als der Creaturen anzunehmen uns gewöhnen sollen: 4) intelligit subinde pius & conscientiosus artifex Medicus, quando *Majestaticam Christi Therapiam recte cognoscit, quænam medicationes ad forum artis humane, & vicissim ad divinam pertineant potentiam, adeo ut plenior & magis perspicua inde innotescat cognitio morborum curabilium & incurabilium, quemadmodum Salvator illis medelam suam largitus est, in quibus alia auxilia evanuerunt, unde medicus ex ejusmodi morborum indagine, alios similibus affectuum gradus dijudicare poterit: 5) caveat insuper artifex, ne superstitiosas curas, quæ aliquando forum medicum irrepunt, cum curationibus aut plane miraculis divinis confundat, neve in nonnullis talibus**

calibus sic dictis archealibus, sympatheticis & similibus curis veram fidem & fiduciam in Deum pro principali probat causa, ubi vana credulitas, ethnica *superstitio* & damnanda *incredulitas* potius accusanda fuisset: admodum enim pugnat cum gloria Christi, si *imaginationi* ex altera parte tribuitur, quod *divina* debetur virtuti; qua ratione in ejusmodi heroica & divina cura secundum falsam illam opinionem, non Christus opem tulisset, sed ludica & peccaminosa hominis *imaginationi*: imo quando mulier hæmorrhousa in se dixit, si modo tetigero indumentum ipsius, sanabor, tunc Christus non extollit ipsius *imaginationem*, neque dixit: confide filia, *imaginationi* tua est firma, sed fides tua te salvam fecit: hæc vero fides est divinum opus & cœleste lumen, unde *Beatus Spenerus* loquitur in *Lebens Pflichten Domin. 24. Trinit. p. 532.* Dieses Weib versüßte sich zu den H E R R N und zwar muß sie ein solches allgemeines starkes Vertrauen auf ihn gehabt haben, daß es heißt, sie habe bey sich selbst gedacht, wann Sie nur seines Kleides Saum würde anrühren können, so würde es zu ihrer Gesundheit genug seyn; welches gewiß ein hoher Grad des Glaubens war, und also der Heil Geist kräftig in ihren Herzen gewürket haben muß. porro dicit: *in der Lauterkeit des Evangel. Christenthums l. c. p. 606.* daher diejenige unrecht daran sind, die davor halten und sich dieser Sprüche dazu mißbrauchen, ob steckt in den Glauben selbst eine solche allmächtige Kraft, daß auf eine natürliche Art ihm alles möglich sey, weil die Seele in den Glauben alle ihre Kräfte zusammen fasset und grosse Wirkung thun könne; dann ob ich wohl nicht leugnen will, daß der Glaube, ja auch wohl eine starke Einbildung eines Menschen aus angebotener Ursach der Zusammenfassung der Kräfte der Seelen in Sachen der Gesundheit, vieles thun könne, wie wir sehen, wie auch nur das Vertrauen auf einen Medico und Mittel, dessen Wirkung viel befördert, daß Mißtrauen aber die Kraft dessen hindert: so gehet doch solches nicht weiter an, als in dergleichen Dingen, da die Natur noch selbst helfen kan, und also was in der Kraft einer Menschlichen Seelen natürlich ist, wird dadurch zusammen gefaßt: was aber andere Dinge sind, als hier eine so alte und verzweifelte Krankheit im Augenblick zu curiren, und insgesamt solche, welche über die Menschliche Kräfte sonst gehen, solches vermag der Glaube nicht auf eine natürliche oder würkliche Weise, sondern da ist G D t allein, der es thut.

est huius. 6) Medici artificis etiam officium est, dum de eo certus, est quod *auxilium nostrum in nomine Jehove, qui fecit caelos & terram Psalm. 124. v. 8.* ut ægotantes suos ad hanc petram salutis primario ableget, 7) ut ipse etiam medicus imiteretur in sua cura Christum Medicum, *tollendo oculos suos ad montes, unde venit auxilium Psalm. 121. v. 1. suspiciendo in cælum & ingemiscendo &c. Marc. 7. v. 34.*

§. V.

Quam infinita & immensa proinde est differentia inter *Creatorem*, per quem imo a quo omne provenit auxilium & inter *creaturam*, tam immensa est discrepantia inter *Medicinam Christi & artificis medici*: Ipse enim est *ipso salus*, qui *propria sua libera & independente virtute sanat & salvificat, artifex vero medicus sine hac salvifica vi Christi nihil* quicquam salutare promovere, aut producere potest, unde *quicquid salubritatis in foro medico* occurrit, id neque medicamentis, neque medico homini, sed *Christo Archiatro* tribuendum est: Porro *Christus medicus sola sua potentia divina curat*, neque ullo indiget medico ad sanationem necessario: artifex contra medicus nullam *immediatam* unquam sanationem perficere potest, sed semper aut *materialibus*, aut *immaterialibus*, hisce tamen realibus, utitur adminiculis, quorum *salutaris* successus nihilo secius sub *divino* illo arbitrio atque moderamine comprehensus est: Proinde *Christi Medicina semper salutem corpori affert*, ita ut nunquam ullus *auxilio* destitutus ab eodem benedicto Salvatore discesserit, qui opem ipsius imploravit: *medici contra artifices in multis morbis contrarium* sæpe experiuntur eventum & sub omni laboriosa & sollicita opera nihilominus artis suæ *imperfectam* qualitatem confiteri tenentur: Præterea *Christus medicus uno eodemque divinae suæ virtutis tenore omnes curare* potest morbos, ita ut apud ipsum solum versetur *Panacea*, dum contra

tra

tra medici *artifices* sæpe auxiliis suis *variant*, neque ullo tali *universali* gaudent remedio; unde hominum *Panacea* sunt fallaces, penes Christum vero *sola est Panacea* & illa quidem divina; Subinde Christus medicus curat morbos *incurabiles*: artifex medicus sæpe in morbis *curabilibus* maximas *difficultates* invenit: dehinc Christus sua medicina *exemplo* sanat, medicus artifex non nisi sub eminenti *mora* salutarem expectare potest effectum: ob id ipse Salvator de *certo* salutaris suæ curæ successu & eventu veram & *indubiam* suppeditat confidentiam: medicus artifex non nisi de maxima temeritate reus æstimari posset, si *absolutam* opem promittere vellet: Cura Christi nudo etiam *verbo* & *imperio* majestatico succedit *Marc. 1. v. 40.* dicit leprosus: *si vis* & *v. 41.* Jesus dixit: *volo*, hinc dictum factum *v. 42. statim* abiit ab eo lepra: Christus insuper medicus curat *absentes*: sed quid sentiendum erit de curatione artificum medicorum per *chartam*? quam *difficiliter* illa consilia ad *speratum* perveniant exitum, docet experientia: unde etiam illi artifices adeo sollicitè *visitationes* ægrotorum desiderant, hinc vicissim ægri medicorum accessum urgent: quare regius ille *Job. 4. v. 46. seq.* rogavit Christum ut descenderet & sanaret filium suum, & *v. 49. dicit ad ipsum regius Domine descende* conf. *Marc. 5. v. 23. Luc. 7. v. 3.* unde Christus fidem centurionis *Matth 8. v. 8. seq.* admirabatur, quod dum *v. 7.* Jesus dixit: ego *veniens* sanabo servum tuum paralyticum, ipse petierit, ut Christus *verbum* dicat, ita fore, ut ipse sanaretur: nam Christus medicus ab ægrotis suis *absens*, illis tamen fuit *præsens*, secundum *humilitatem humane* suæ naturæ & præcipue sui corporis *absens*, *divinitate* sua hanc supplevit absentiam, majestatica sua præsentia: Deinde Christus medicus *sua omnipotentia*, aliorum *artificum* medicorum *infirmi- tatem*, imo *errores* emendare debuit, testimonio mulieris, quæ sub

multis medicis sua perdidit bona & multa passa erat, quæ propterea non modo a medicis sanitatem non impetravit, sed & multa passa erat & desuper omnia sua impendit; quod sane triplex est malum: de hac consideratione sic loquitur *B. Spenerus in der Lauterk. des Evangel. Christenth. p. 603.* ob Sie aber viele gebraucht, konte ihr keiner Hülffe oder nur Linderung schaffen, weil der Herr an ihr noch künfftig ein Zeugniß seiner Wunderkraft erweisen solte: sie hatte aber viel von ihnen erlitten: wie dann die Arzney auch dieses an sich hat, und solches mit unter die Straffen der Sünden gehöret, daß auch die Mittel, die uns helfen sollen, insgemein schmerzlich und der Natur beschwerlich sind, ja oft, ehe sie die Gesundheit bringen, den Menschen der Empfindlichkeit nach erst tränder machen, als er vorhin gewesen: dahero wo endlich alle solche über die Arzney ausgestandene Beschwerden und Schmergen gar vergebens sind, und auch die Gesundheit nicht erfolget, wie bey diesem Weibe gesehen, die Sache so viel weher thut: Non minus plane tacita vi Christus curat, sicut hæc mulier, quæ a tergo Christi vestimentum attigit, statim sanata fuerat, & senserat corpore, quod sanata fuerit; dehinc Jesus conversus in populo, dixit &c. conf. *Matth. 14. v. 35. 36.* ut & per eandem divinam vim Christi medicatricem (conf. *Actor. 5. v. 15.*) umbra Petri fuit medicina ægrotorum & *cap. 19. v. 12.* Pauli sudaria & semicinctia morbos recedere & spiritus malos exire faciunt: præterea ex eadem divina vi Christus suis discipulis dedit potestatem potum venenosum corrigere, ne noceat, super infirmos ponere manus, ut bene habeant, serpentes tollere *Marc. 16. v. 18.* (vid. *B. Speneri Lauterkeit des Evangel. Christenthums Part. I. Vol. I. Fests Adscens. Christi p. 841. seq.*) ut & potestatem sanandi *Matth. 10. v. 1-8.* conf. *Spen. Lauterkeit Part. II. Fests. Marc. p. 207. 208.* porro Paulus per divinam Christi potentiam patrem Publii febre & dysenteria ægrotantem, oratione & manuum impositione curavit. *Actor. 28. v. 8.* ob prædictam vero curam CHRISTI obstupuit populus *Matth. 12. v. 23. Marc. 1. v. 27. c. 2. v. 12. c. 5. v. 42.* medicorum artificum opera minime talem admirationem &

& obtupescenciam merentur: & quis ineffabilem illam differentiam divinæ salvatoris medelæ ab humana therapia sufficienter eloquatur? hisce enim medicis miraculis se tanquam verum obsignavit Messiam: hinc *Theodoros Antonide* in der Erklärung über die Wunderwerck *JEſu Christi* p. 16. disserit: Das Abſehen, das der Seeligmacher in Gesundmachung einer ganzen Menge allerhand Kranken hatte, war, dadurch zu beweisen, daß Er Gottes Sohn und der wahre Mesias war: dieß war auch ein gemein Abſehen in allen Seinen Wundern, auch in Gesundmachen der Kranken: und warlich daß dieser *Jeſus* von Nazareth der wahre *GOTT* und wahre Mesias war, erhellet unwiederprechlich aus den Heilen so vieler Menschen, mit mancherley Senchen und Krankheiten behaftet: welchen Menschen ist es möglich allerley Senchen zu heilen, und niemand, er sey dann genesen, von sich zu lassen? welche Aerzte können in einen Augenblick und alsobald die schwereste Bein wegnehmen, die gefährliche Senchen und Krankheiten heilen? welche Aerzte können die Krancke gesund machen ohne Trank oder Balsam, oder einigs andere Mittel, allein durch ihren Willen, Befehl und Gebot? Fürwahr wann sie schon sich und ihre Kunst zusammen fügten, diese Dinge würden ihnen so unmöglich seyn, als den Staub der Erden zehlen, das große Meer ausschöpfen, den Himmel mit der Hand erreichen: Es sind Dinge, die eine Göttliche Allmacht ersordern, und durch niemand, als den Allmächtigen können ausgeführet werden, 1c. 1c. & ita paucis tantum de discrimine Medicinæ Christi & hominis medici balbutire potuimus.

§. VI.

Sed nunc post generalem præparationem præmissam pergendum nobis est ad specialem demonstrationem, qua significabimus, quod Benedictus Salvator sua Medicina affictos ægrotos divina & non naturali potestate sanaverit, ubi *scorsim* Christi *Miracula Medica* annotabimus: Unde mox primo loco de Lunatico illo consideratio instituenda erit *Matth. 17. v. 15.* de quo dicitur, quod male habeat, sæpe in ignem & aquam cadat, quod *Jesus* ipsum increpaverit & quod tum exiverit ab eo demonium & sanatus sit puer ab ista hora: *Marcus* dicit c. 9. §. 17. seq. quod habuerit πνεῦμα ἀλαλοῦ spiritum mutum (quem

C 3

Matthæ-

Matthæus *dæmonior* nominat) ubicunque illum apprehendit, lacerat illum & spumat & stridet dentibus suis & exsiccatur: *Lucas c. 9. v. 39.* de hoc spiritu loquitur: quod illum arripiat, ut subito exclamet & convellat eum cum spuma, ac ægre discedat ab eo, postquam contriverit eum; quando vero hæc signa conciliamus, quod præsens morbus sit lunaticus, quo correptus patiens subito exclamat, qui ægrum convellit, lacerat, ut spumam effundat, dentibus strideat, quod morbus hic patientem conterat, tunc facile judicare licet, hunc affectum *Convulsivum & Epilepticum* esse; *conf. Untzerus de Epilep. lib. 1. c. 1.* quando vero dicitur quod æger habuerit Spiritum non loquentem, tunc patet hanc fuisse *Epilepsiam dæmoniacam*, nec nude naturalem; unde ob hunc insultum epilepticum patiens in aquam & ignem projectus est, quando ad aquam & ignem illo tempore, quo ab hoc affectu correptus fuit, adstitit: neque quidem hic ulla urget necessitas, ut a *liera* discedamus, cum non modo extet, quod hic æger morbo quodam detentus fuerit, sed quod *spiritum* morbi & quidem *mutum* habuerit: quando porro conciliamus, quod talis dæmon in aliis etiam subjectis, dominium suum *morbificum* exercuerit, & subinde ex afflictis ægrotis *locutus* sit, ita nullum invenimus argumentum, ex quo negari possit, hanc *dæmoniacam* Epilepsiam fuisse: ob id cum Beckeri Mundo fascinato minime consentimus, qui tales dæmoniacos miro *phantasia* lusu falso interpretatur, siquidem *divina* præcipue virtute Christus se *Filium DEI* imo ipsum *DEUM* probare debuit, ob id etiam Christus apparuit ut *Satane* opera destrueret; dari quidem Convulsiones *quasi* dæmoniacas, sed *non vere* tales, exposuit *Franc. Bayle in opusculis conf. Act. Erud. Lips. An. 1703. Mens. Febr. p. 78.* D. D. *Præsid. tr. de anima part. 1.* quod etiam ejusmodi Epilepsie ab aliis observatæ sint confirmant *Bartholinus Act. Hassn. Vol. 2. obs. 8. Fernelius de abdit.*

abdit rer. caus. lib. 2. cap. 16. A. N. C. dec. 3. an. 3. obs. 52. 74.
 an. 10. app. p. 177. Henckelii ordo & methodus cognoscendi &
 curandi a hygio demone obsessos: sicut fustus daemniacos
 in N. Test. vere a diabolo obsessos fuisse confirmat Job.
 Marckius in textualibus exercitationibus ad quinquaginta se-
 lecta loca V. & N. T. exercit. 29. datur itaque Epilepsia nu-
 de & simpliciter naturalis, sed propterea etiam non negan-
 da est Epilepsia daemniaca: B. Spenerus in Lebens Pflich-
 ten Domin. 24. Trinit. p. 534. dicit: Ich meine nicht zu irren, wo
 ich davor halte, daß bey mancher Krankheit nicht lauter Natürliches sich
 finde, sondern der Teufel, nemlich aus Gottes Verhängniß offte sein Werk
 dabey habe: Von der Macht des Satans bey Krankheiten vid. Esusd.
 Lauterkeit p. 2. Fest. Marci p. 207. 208 ubi dicit: Ich wolte
 auch nicht widersprechen, wann jemand davor halten möchte, daß noch
 zuweilen heut zu Tage einige dergleichen Krankheiten seyn, in die Desire-
 gen die Medici sich nicht schicken können, weil sie etwa nicht bloß natür-
 liche Ursachen haben, sondern von Gott dem Satan mag einige Macht ge-
 geben seyn: & in der Glaubens- Lehr dom. oculi p. 549. docet:
 Von leidlich Besessenen, die Christus gesund machet, haben wir viel Exem-
 pel in der Evangel. Historie: und ob wohl sich bey solchen Besessenen öf-
 ters auch dergleichen eufferliche natürliche Krankheiten und Zufälle, von
 Wondsucht, Schwehrer Noth und anderer dergleichen befinden, die der
 Satan erregt und damit die Leute plaget, so ist doch die Besingung felt si
 nichts natürliches, wird sich auch beschwern bey den wahrhaftig Besessenen
 allzeit unterschiedliches finden, so über alle ihre Natur Kräfte ist, und von
 einem unsichtbaren geistlichen Wesen nothwendig herkommen muß ic.
 porro in der Lauterkeit des Evangel. Christenth. profi-
 tetur: Domin. Remisc. p. 463. Die Wiedrige wollen solche Beses-
 sene vor nichts anderis achten, als solche Leute, die gewisse natürliche Zustän-
 de oder Krankheit gehabt, die das Hirn angegriffen, die innerliche Sinne,
 sonderlich die Phantasie verwirret, davon etwa zu gewissen Zeiten, wie etwa
 bey Leibern geschieht, angriffe gelitten und aus der Krafft der Krankheit ra-
 send oder stumm oder mit der hinfallenden Sucht besaffter gewesen seyn:
 aber ob wohl bey allen oder den meisten auch Krankheiten, als Tollheit,
 Wondsucht, fallende Seuche, und dergleichen gewesen seyn mögen, die der
 Teufel in solchen Leuten erregt haben wird, ist doch, solche Zustände vor blo-
 se natürliche Krankheit zu halten, görtlichen Wort nicht gemäß. 1) macht die
 Schrift selbst einen Unterscheid unter andern Kranken und unter Besessenen
 Matth. 4. v. 24. c. 8. v. 16. c. 10. v. 8. Marc. 1. v. 32. 34. c. 16. v. 17. 18.
 1) wird

2) wird ausdrücklich angeführt, daß JESUS diejenige gesund gemacht habe die von Teufel übermächtiget waren Act. 10. v. 38. 3) es heißt ausdrücklich die Teufel oder daemonia austreiben und daß sie ausgefahren *Matth. 8. v. 16. c. 9. v. 32. c. 10. v. 8. c. 12. v. 24. 27. 28. 43-45. Marc. 1 v. 34. 39. c. 3. v. 22 c. 5. v. 13. 16. 17. Luc. 11. v. 14.* und diese Worte müssen ihre Kraft haben und können nicht leere Redens-Ärten seyn *1c. 1c.* Duplex itaque in hoc ægroto occurrit afflictio, prima est obsessio *Satanica*, altera est morbus *corporis* a ca-codæmone illo provocatus & sustentatus: quod vero hunc morbum corporis attinet, tunc Epilepsia, si mere *naturalis* est, ita etiam constituta deprehenditur, ut medici illam; neque *cito*, neque *facile*, neque *semper* curare queant, imo sæpe in pueris & natu adhuc *provestioribus* plane curare nequeant; id quod etiam valet de Epilepsia *Lunatica naturali*; etenim quando nunc ejusmodi fontici morbi secundum lune mutationes invadere solent, tunc quoad indolem suam exacte *refractarii* curatuque difficillimi sunt, id quod omnes periti medici testantur: quando porro Epilepsia *diu* duravit, tunc eo rarius & *ægrius* illa curari potest: deinde obsessio *Satanica* *artu* medicæ plane *non subjecta* est, sed ad illam curandam *spiritualia* & *divina*, minus vero *naturalia* quadrant auxilia: inde facile liquet, quod hic lunaticus patiens nulla arte humana medica curari potuerit; siquidem affectus ipse quoad gradum *eximius* fuit, deinde ipse ægrum à *pueritia* detinuit, unde palam est, quod æger jam a multis annis hoc morbo laboraverit: quare *divina* & *miraculosa* cura Christi hic locum tantum obtinuit, ut magnificentia DEI, super qua homines obstupuerunt *Luc. 9. v. 43.* manifestetur: Christus enim, posteaquam dæmonium increpavit, hic exivit: *Matth. 9. v. 18.* ad mandatum Christi, Spiritus immundus quo exire, neque amplius ægrum ingredi debeat, exivit, qui immundus Spiritus quam primum Christum vidit, convulsit ægrum *Marc. 9. v. 20. Luc. 9. v. 42.* unde Christus hunc hostem non modo *ma-*
gesta-

gestatico & heroico suo verbo exturbavit, sed & æger ab illa hora sanatus fuit *Matth. 17. v. 18.* & licet ipse *velut mortuus* comparuerit, tamen Jesus apprehendens illum, manu illum erexit & ipse surrexit. *Marc. 9. v. 26. 27.* ut in stuporem ob hanc magnificentiam DEI adacti fuerint spectatores *Luc. 9. v. 43.* Ita omnes circumstantiæ abunde testantur, quod hæc cura non naturalis, sed *divina* fuerit atque miraculosa; qua diabolus è sede sua expulsus & æger confestim a morbo inter homines *insanabili* restitutus fuit: de hoc Lunatico aliqua protulit *Bartholinus de Morb. Biblic. XVIII. p. 62. seq.*

§. VII.

Ab hoc ægotante nunc ad *aliam* morbosam nos convertimus afflictionem & quidem ad illam, cum qua mulier, cujus *Luc. 18. v. 11. seq.* mentionem injicit, confictata erat, quæ habuit *Spiritum infirmitatis* annos decem *et octo*, ita ut esset *incurva* & non potens se erigere prorsus: de hoc spiritu dicit *Junius*, quod sit *morbus a Satana infictus*, in hunc locum *lit. i.* morbum itaque hunc fuisse corporis, testatur non modo character *à seveleaz* infirmitatis, quam ille Spiritus causatus fuit, sed & quod illa mulier curva fuerit, nec se erigere potuerit; qualis morbus est *Spasmodicus*, qui nunc in *tenacem* transit *Contracturam*, aut *Emprosthotonum*: (an vero luxatio vertebrarum fuerit, vix tam certo asseverare licet argumento:) etenim quoties Satanas evidentius & crassius suos cruciatus & ignea calamitatum tela immittit, toties morbi exinde eventientes crudelissimi & *gravissimi* sunt, quales alias sunt *Spasmodici* & *Convulsi*: hoc itaque morbo misera mulier per octodecim annos detenta fuerat: proinde ipse Salvator testatus est, quod hic morbus *vinculum Satane* adeoque probatu haud difficile est, quod & hæc afflictio *demoniaca* fuerit: ut ut enim in observatione medica tales occurrant casus, ubi *ex naturalibus* causis homines arduis spasmodis correpti fuerant, qui deinde in refractariam transierunt

D

runt

runt *contracturam*: ut ut etiam *omnis* morbus est *profapia peccati*, adeoque potestati *Satane*, cujus est *origo peccati*, latius adscribi meretur: tamen hoc loco *strictiori* sensu & *proximiori* proventu morbus *Satane* efficaciter adscribi debet: occasione hujus afflictæ dicit *B. Spenerus* in *des Glaubens Lehr domin. oculi p. 352*. Ich will nicht in Abrede seyn: daß zuweilen bey einen und andern außerordentlichen auch sonst natürlichen Zuständen der Satan mehr Wercks habe, als man insgemein gedendet: So siehet Luc. 13. v. 11, 16. von einem Weibe, die war achtzehn Jahr krumm und konnte nicht wohl aufstehen, dieses hätte man etwa vor eine bloß natürliche Krankheit halten mögen: Christus aber sagt, der Satanas habe sie mit solchen Händen gebunden: so sagt der Evangelist, sie habe einen Geist der Krankheit gehabt: & porro dicit in *Lebens Pflichten Domin. 24. Trinit. p. 535*. die Krankheiten kommen auch von den Teufel her, so fern die Sünden von ihm herkommen, die aller Krankheiten Ursachen sind: dazu wir sehen mögen, wie sehr vermurthlich sey, daß in vielen Krankheiten nicht nur in Pest, sondern auch andern wahrhaftig der Satan vieles Werck habe: Und wie dorthen klar steht von Job, wie *SDZ* dem Satan über ihm einige Macht gegeben, darüber der Satan von Angesicht des Herrn ausfuhr und er den Hiob schlug mit bösen Schwohren von den Fuß-Sohlen an bis an seinen Scheitel cap. 2. v. 7. so siehet Luc. 13. v. 11. von einem Weib, sie hatte einen Geist der Krankheit achtzehn Jahr, also war es eine Krankheit, da ein böser Geist damit zu thun hatte: so siehet insgemein von Christo Act. 10. v. 38. der *HEW* habe gesund gemacht, alle die von Teufel überwältiget waren; da wir also sehen, daß dem Teufel zugeschrieben wird, daß er diejenige überwältiget gehabt, welche der Herr gesund gemacht: Quod vero hæc ægra mulier nulla humana & naturali potestate sanari potuerit, proxime à nobis demonstrandum erit: primo affectus est *intricatus* spasmodicus, qui nunc in *contracturam* contumacissimam transfuit, qua non modo nervi femorum & pedum obrigefacti, & necessario suo succo privati, sed & superioris corporis regionis adeoque totius medullæ spinalis nervosæ propagines rigide constrictæ fuerant; quando itaque tam *dissusa nervorum* afflictio & contractio occupat, quamvis causæ mere naturales fuerint, tunc communiter affectus inde orientes raro humana vi sanari possunt, aliquando vero plane incurabiles sunt: deinde hic affectus in *femina* adfuit, qui ob reliquam qualitatem morborum *femino-*

ninorum tanto *gravior* & *ominosior* est, siquidem ejusmodi morbi *spasmodici* in *sequiori* sexu *arrociores* existunt, testimonio *afflictionis hystericae*: quemadmodum experientia testatur, quomodo tales morbi, qui ex *contumacibus spasmis* in *actuales contracturas* transierunt, in *sceminis communiter* insanabiles sunt, quoniam *cause*, quae in *sequiori* sexu tales afflictiones provocant, sive *ideales*, sive *naturales* aut *materiales* efficacia & *gravitate* sua illas superant, quae in *maribus* tales morbos excitare solent: porro ipsa *duratio* morbi, quae ad *octodecim* se extendit annos, omnem *artis potestatem* superat, quo magis hic morbus sub *tanto* temporis termino *firmas* egit radices, in quantum non modo ex parte affectus in *vicio motuum* consistit, sed & ex parte illi motus in *pertinacissimam* transierunt *consuetudinem*: quando itaque in genere omnes morbi, qui *motuum* vicio nituntur, curatu perquam sunt *difficiles*, ita talia *motuum* vicia per *consuetudinem radicata* & confirmata curatu plane sunt *impossibilia*, ut omnia medicorum *arcana* in talibus afflictionibus evilescant: accedit porro in hac aegra muliere, quomodo non modo tam *diuturno* partium *solidarum* rigore *contractorio*, eximia illis partibus alteratio, videlicet *exarescentia*, & flexilitatis privatio indueta sit, sed & quomodo insuper partes *fluidae* in insignem *depravationem* sint conversae, ut ob *cardinalem* & *originalem* morbi causam, ob *motuum* qualificata vicia, ob partium *fluidarum* & *solidarum* laesionem eo certius ad *incurabilem* statum & gradum morbi concludere liceat; quando vero insuper accedit, quomodo in hoc morbo *Satanae* potestas operosa fuerit, tunc eo certior erit nostra adfertio, quod ille affectus nulla *humana arte* & industria curari potuerit: hinc Christi medicina *divina* & miraculosa *supplevit defectum artis* & *naturae*: ipse enim non modo affectum curavit, quem *nul- tus* homo curare potuit, sed & ipsa cura *superat* ordinem

& vires naturæ: de hac cura dicit Evangelista: *l. c. v. 12. v. vidit autem eam JESUS & advocavit ipsam ac dixit ei: Mulier soluta sis ab infirmitate tua: & posuit manum suam super eam & confestim extendit sese, & glorificavit DEUM;* hæc extemporanea cura, jussu & verbo Christi facta, absolute divina & miraculosa est: an in hac cura, stantibus prædictis circumstantiis *imaginationi* mulieris afflictæ aliquid tribuendum sit, facile sobria mens judicare potest: totus vero populus lætabatur *v. 17.* in omnibus mirabilibus, quæ fiebant per manum ejus: est interpretatio Tremellii: unde liquet, quomodo Benedictus Salvator, qui unum ægrotum ab hominibus incurabilem miraculosa vi sanare potuit, omnes insanabiles morbos *citra* artis & naturæ usum reintegrare possit, quæ divina cura plus illius magnificentiam extollit & amplificat, quam si naturali modo successerit.

§. VIII.

Idem judicium etiam ferendum est de *Hemorrhousa* illa muliere, cujus in præcedentibus mentio facta fuit, de hac Lucas dicit *c. 8. v. 43.* Mulier, quæ erat in fluxione sanguinis ab annis duodecim & in medicos impenderat totum victum, (universam suam substantiam, omnia sua) nec ab ullo potuerat curari, secundum Marcum *c. 5. v. 26.* quæ multum perpessa fuerat, a multis medicis & infumferat, quicquid erat sibi & nihil fuerat adjuta, sed potius in deterius venerat: hic affectus hoc loco aperte vocatur *incurabilis*, uti Mercurialis de Morb. Mul. lib. 4. c. 2. profiteatur, quod Christus tantum *incurabiles* sanaverit morbos: qualis hic fuerit affectus, docet Bartholinus de morb. biblicalis XVII. p. 60. seq. est itaque hic morbus *Hemorrhagia uteri Chronica*: cur vero Bartholinus asseruerit, quod in hoc affectu non venæ uteri, sed colli & cervicis uteri in hac muliere aperta fuerint, non assequimur; nos potius asseveramus, quia hic fluxus *chronicus* fuit, adeoque ad loca

ca uterino continuus duravit affluxus, insuper etiam hæc Hæmorrhagia præternaturalis extitit, ita nulla obstat causa, quin æque facile uteri venulæ aperiri potuerint: Ipse vero affectus non modo gravis & *enormis* fuit, ut propter continuum sanguinis profluvium *vires* naturales extreme prostratæ, corpus emaciatum, calor & color naturalis imminutus, totaque natura turbata fuerint, sed & multa a medicis usurpaverit & *perpessa* fuerit: hic forte medici quidam heroes & practici nostri ævi cogitare potuerint juxta *Matib. 23 v. 30. si fuisset in diebus pairum nostrorum, non fuisset eis socii in sanguine prophetarum*: quasi illi medici, qui huic mulieri arte sua succurrerunt, ob *imperitiam* huic afflictioni medelam dare haud potuerint, aut quasi hodiernis temporibus forte unum & alterum arcanum remedium inventum fuerit, velut dens hippopotami, de cujus vi adversus uteri hæmorrhagias, differit *Hæb. stetterus in obs. suis. decad. 4. cas. 2. p. 356. & dec. 5. cas. 9. p. 638. conf. Garmann. de mirac. mort. Lib. 2. tit. 7. §. 10. 11.* quo cum hæc afflictio curari potuerit: aut quasi hodiernis temporibus Medicina ad eximium perfectionis gradum pervenerit: sed Spiritus Sanctus dicit *Luc. 8. v. 43. εἰ ἴσχυον ὁ π' οὐδέποτε Σεαπενθῆσαι* sic fonte non niemand geheilet werden: quod vero morbum attinet, tunc ipse iterum illo tempore, quo Christi *divinus* ipsum curavit, humana arte *incurabilis* fuit, nam *diuturna* talia uteri profluvia alioquin rara sunt, & si occurrunt, vix certe ullus medicus assurgere poterit, qui talem sanavit morbum, ut sanatus dici queat: nam *nu-da suppressio*, quomodo arte succedit, *nulla* est sanatio, quoniam illum aut *Hæctica*, aut *Hydrops*, aut *repentina Sphacelatio* uteri consequitur, ita *Bartholinus Act. Hoffm. Vol. 5. obs. 128. de carcinomate uteri ex hæmorrhægia uteri suppressione* orto agit: etenim in tali diuturno affectu iterum *habitualia* adsunt *motuum* vitalium vitia, quæ haud facile emendari possunt; proinde *universum* corpus sub hoc perpetuo sanguinis profluvio ad-

eo eximie alteratum fuit, ut organa, vitæ usui inservientia enervata, naturali sanguinis infarctû privata & in ordinaria sua functione penitus impedita fuerint, accedit gravis virium prostratio & omnium ad vitam pertinentium functionum confusio, nec non totius affectus corruptio atque depravatio, quia ipse sub tot medicorum manibus non modo frustra tractatus fuit, sed quia status morbi semper in deteriorem gradum prolapsus est, ut Marcus dicit es ward vielmehr ärger mit ihr: & hæc iterum a Christo divina & miraculosa virtute curata fuit: virtus enim quæ a Salvatore prodiit, confestim ipsam sanavit, de qua sanatione extat apud Lucam c. 8. v. 40. accessit à tergo ejus & tetigit simbriam vestimenti ejus & confestim cessavit fluxus sanguinis ejus: Marc. 5. v. 29. & statim exaruit fons & sensit corpore se sanatam esse; quod itaque eo momento contigit: hinc Christus ad hanc Mulierem dixit fides tua te liberavit, quod Matthæus, Marcus & Lucas testantur, adeoque liberatio facta erat, priusquam Christus illam allocutus est: sed quis hic suspicabitur, quasi hunc affectum imaginatio curaverit, quæ tactu Christi ab afflicta muliere commissio, innixa erat: quis hic arguat, quod dynamis Christi fuerit effluviu balsamicum confortans & adstringens, nisi tantum hæc supponere & fingere alicui placuerit: de hac virtute Christi dicit B. Spenerus **Lebens-Pflichten dom. 24. Trinit. p. 533.** Es bald hatte das Weib sein Kleid kaum angerühret, so besteht alsbald der Druun ihyes Bluts und sie wird gekürzt, daß sie es gleich fühlet: Also war eine göttlich heilende Krafft von Ihm auf Sie ausgegangen: dieses müssen wir aber nicht so verstehen, als wäre solches dem Herrn unwissend geschehen, und seye ers nur darnach gewahr worden: Nein? sondern der zu andernmahlen auch in die Herzen derjenigen sehen kunte; mit denen Er umgieng, der sahe und wisse wohl wie dieses Weib von hinten hinzu trete, was sie suchte und gedächte, sonderlich aber erkannte Er ihren statlichen Glauben: daher Er so bald entschloß, ihr zu helfen, und also gleich von sich mit Willen die Krafft ausgehen ließe, die sie gesund machte: hic incomparabilis & integerrimus Theologus in der Lauter-
Kette

Seite des Evangel. Christenth. dom. 24. Trinit. p. 607. omnipotentiam Christi in hac cura deprædicat, dum proficitur: Christi Ullmacht erhellet daraus, daß so bald aus seinen Anrühren des Kleides eine solche Krafft von Ihm ausgehet, die Er auch mit Seinen Worten bekræfftiget, daß dieses Mensch gleich völlig geheilet und gesund ist, und also im Augenblick an ihr mehr geschieht, als alle gebrachte Medici in 12. Jahren ausgerichtet hatten, bey Dem Cur es nur immer ärger worden war.

§. IX.

Progredimur nunc ad *Paralyticum* illum ægrotum cujus *Matth. c. 9. v. 2. seq. Marc. c. 2. v. 3. Luc. c. 5. v. 18.* reminiscuntur, quem adeo *imbecillum* fuisse singuli hi testantur Evangelistæ, ut a quatuor ad Christum portari debuerit, cujus morbi *gravitas* adeo eximia fuit, ut illius curam omnes mirarentur & laudarent DEum, dicentes, nunquam vidimus hujusmodi secundum *Marcum v. 12. Lucas* dicit: v. 26. *admiratio apprehendit unumquemque ac laudabant DEum & impleti sunt timore ac dixerunt: vidimus hodie prodigia: hi homines vero non adeo stupidi, fatui & creduli præsumendi sunt, ac hujus qualitatis alii, qui facile leve etiam opus magnificiunt, sed inter illos quosque fuerunt legis periti & Pharisei: quod vero hunc ægrotantem attingit, tunc nulla docet circumstantia ac si illo tempore hac paralyti fuerit correptus, sed credendum potius est, quod aliquandiu hoc laboraverit morbo, quem alias vix adeo facile in publicum exportaverint: undecunque itaque hic affectus originem traxit, ita vicissim constat, quod admodum arduus ipse fuerit: etenim medici si naturali via atque methodo *paralyticum* affectum in meliorem statum transferre sperant, mox primæ illius invasioni curam adhibere debent, ut gravis hæc alteratio ob tempestivam opem citius iterum in meliorem revertatur statum: neque etiam negandum est, quod nihilominus in ejusmodi affectu ægrus cura succedat, quamvis mox primis illius initiis salutaria etiam adhibita*

bica fuerint adminicula: dum itaque in hoc paralytico gradus morbi *major* fuit, ut *patiens portari* debuerit, dum insuper affectus *aliquandiu* duravit, dum porro in ægroto multa *animi* afflictio præsto fuit, ob quam Benedictus Salvator ipsi peccatorum remissionem annuntiavit, dum præterea adstans turba in hac cura *potestatem DEI* admiratur *Matth. 9. v. 8.* dum absque dubio hic *patiens* sub hac ardua afflictione antea a medicis opem imploravit, dum nihilominus in hac *imbecillitate* perstitit, ita facile colligimus, hunc non adeo levem, sed perinde *incurabilem* fuisse morbum: *eximia* enim illa nervorum resolutio & atonia vix *facili* opera corrigi, nedum quidem *perfecte* curari potest: quo præcipue pertinet, quod, si etiam a *mitiori* hujus affectus gradu nonnulli liberentur, id ipsam tamen neque *cito*, neque facile & semper *perfecte* contingat, quin plurimi prægressi hujus mali suspecta retineant vestigia: in hoc vero patiente *subitanea*, *perfecta* & *admiranda* contigit cura, dum ad *majestaticum* Christi *verbum* & *mandatum* illico, *surrexit*, in *conspectu* eorum, & *accepit lectum* & *abiit in domum suam*, *glorificans DEum* *Luc. 5. v. 25.* probe sciens, quod divina virtute sanatus fuerit: nam gravitas affectus, ne quidem *longinquam* & *successivam* permiserit restitutionem, quam a Christo *confestim* & *perfecte* obtinuit: in genere enim Paralysis ob ominosam quorundam motuum vitalium cessationem *periculosis* & curatu difficilibus morbis ab omnibus ferme medicis adscribitur: hic enim affectus ob vitalium motuum *aliqualem* privationem, proximius cum *morte*, quæ *totalem* illorum abolitionem infert, cohæret: quare sub hoc affectu *naturales* vires evilescent, *legitimus* humorum progressus maximo sub *impedimento* succedit, ut succi in partibus *affectis* aut *periculofam stagnationem*, aut *actualem stasim* incidant: hinc *necessariæ* se- & *excretoriæ* functiones cessant, calor naturalis extinguitur, nutritio corporis

poris facit, impuritates nocivæ augmentantur, omnesque functiones, cum motu & sensu vitali connexæ, cum magno detrimento turbantur & minuuntur: an vero hie patiens adhuc in *puerili ætate* constitutus fuerit, (uti existimat *Antonides* loco supra citato p. 71. ubi dicit: Wann der Sohn Gottes diesen Kranken mit den Rahmen eines Sohnes anredet, erhellet, daß es noch ein Knab war, dann wie man die alten Väter heißet, so sprach man zu einem jüngern Sohn) adeo certo determinare non licet, ad minimum *anxia illa peccatorum* recordatio, quæ in patiente fuit, *provectorum* in illo ætatem præsumere licet; *B. Spenerus Theol. Bed. Part. 2. cap. 3. art. 1. Sect. 27. p. 158.* dicit: Es hat der HERR auch mit diesem Zuspruch den armen Mann ein Herz machen und sein väterliches Gemüth gegen ihm bezugen wollet, daß er ihn wegen seines Glaubens einen Sohn nennet, damit er so viel weniger an der treuen Meinung des HERN und an der Gewißheit der Vergebung zweifeln möchte: *de cura hujus ægri dicit Antonites p. 74.* dies war ein überzeugender Beweis, daß der ohne Aufschub der Zeit, ohne Argens, durch Willen und Befehl die schlaffen Adern ausspannen, die bebende Gliedmassen befestigen, mit einem Wort dem Sichbrüchigen Heilen konte, niemand anderst war als der allmächtige GOTT, der Schöpfer, denn niemand wiedersehen kan: der die schlaffen Adern geschaffen hat, war ja allein bequiem sie wieder zu recht zu bringen und auszuspannen. neque enim *Salvator unicum Lunaticum, obsessum & paralyticum divina sua virtute sanavit, sed Mattheus c. 4. v. 23. 24. de pluribus talibus ægris restatur, quos Christus sanavit.*

§. X.

Alius nunc meditationi nostræ se subjicit æger, notatu perquam dignus, cujus reminiscitur *Johannes cap. 5. v. 5. seqq.* de quo refert, quod fuerit ad piscinam Bethesdam tricesimum octavum annum agens *ev in dia. Gevelz in infirmitate*: qualis hæc fuerit infirmitas, cum notio sit nimis generalis, varii varia sentiunt; an ipsa secundum *Bartholinum de Paraly. N. T. Paralysis* fuerit, per rationes medicas adeo *firmiter* judicare haud licet, siquidem æque illa afflictio in *contractura* corporis totali, cum con-

E

secu-

secuta illius *aridura & atrophía* adeoque plenaria imbecillitate, ac in *resolutione* membrorum, vel amissione *paralytica* motuum vitalium, maxime motus tonici, tanquam motus voluntarii *necessarii* requisiti, consistere potuit: interim interpretum & philologorum opinio medicis rationibus non responderet: unde secundum nostram sententiam *pro certo* non constat, qualis morbus ipse fuerit; nam *varii* affectus morborum *talem* statum corporis post se relinquere possunt & solent, qualis in hoc ægro deprehenditur, siquidem præter paralytin, *Spasmus* fixus, *Atrophía*, *Contractura*, *Aridura*, *Hecticoideus* affectus &c. ejusmodi infirmitatem causari solent: pro nostro scopo sufficit ex certo scire, hunc arte humana *immedicabilem* fuisse morbum, qui *gravitate & durabilitate* sua talem se probat: ipsius *Gravitas* inclarescit ex indagatione illarum *causarum*, quæ talium qualitatum affectum provocare solent, quales causæ ut plurimum fonticæ atque *intrinsecæ* sunt; quemadmodum præsentis casus causæ ex eo arduæ præsumendæ, quoniam Christus post sanationem præstitam ei dixit *v. 14. ecce sanatus es, ne pecca amplius, ne fiat tibi aliquid, quod pejus est, quam prius*: proinde morbus talem gradum nactus est, ut patiens pro *deperdito* derelictus fuerit, siquidem in *tanta* jacuit infirmitate, ut ab *alio* in piscinam immitti deberit; porro *regimen* adeo *delecti* miseri hominis ita constitutum fuit, ut dum indies hic æger ad hanc piscinam jacuit, facile ex inde malum magis *augeri & confirmari*, quam minui & *mitigari* potuerit, inde tam *inveteratus* genitus est morbus, qui hac sua confirmatione in tam *extremum* delapsus & statum, qualem communiter ejusmodi morbi nanciscuntur, qui deinde *omnem* humanam medelam respuunt: Ast in *cura* hujus fontici morbi iterum Benedictus Salvator *divinam* suam virtutem & characterem divinitatis suæ confirmat: dum *majestatico* suo imperio *unico* verbo *ex-*
ea

per omnia in afflictō redintegravit, subinde maxime *corruptum* morbi statum, *extreme* vitiosos motus, *deperditam* machinam corporis, *exaresfactos* & summopere depravatos succos corporis, *labefactatos* humorum progressus, omnium organorum *desperatam* inversionem *uno momento* & *solo verbo*, cum *divinæ* suæ virtutis comitatu sanavit, eisdemque ad *novam* velut vitam novas largitus est vires, quibus surgere, grabbatum suum attollere & ambulare potuit: & id *eo dicitur*, *confestim* factum fuit: Paucis adhuc hac occasione inquiremus morbum *socri Simonis*, hæc secundum *Matth. 8. v. 14. Marc. 1. v. 29. febricitavit*, secundum *Lucam c. 4. v. 38. magna febre afflictus* fuit: clima *calidum*, appellatio *magne* febris, & *necessitas* ob quam Christus imploratus fuit, ut *opem* ferat, nec non quod Christus ipsam *manu* prehenderit & erexerit, quod *objurgaverit* febrem, *confirmare* adjuvant, hanc non fuisse *transitoriam* febrem: ob id quidam ex hebraismo judicant *ardentem* illam fuisse febrem; quoniam vero quolibet ferme tempore inter *ardentem* sive biliosam & acutam *continuum*, dum utraque vulgo *Hiefige Fieber* nominantur, *confusio* commissa fuit, ita in hoc affectu nullæ suppetunt *indubie* circumstantiæ, ex quibus exquisita *certa* species febris designari possit: interim tanto *Herōi* *divino* quadrat ubique *periculosa* & ardua febris, quam ipsam Christus, iterum *miraculose* curaverat, objurgando febrem, prehendendo manu ægram, inde statim *eo dicitur* *dimisit* illam febris, ut quæ modo *decubuit*, nunc illis *ministraverit*: hæc sane *repentina* & miraculosa fuit mutatio e *summo periculoso* in *miraculose sanum* statum: & quis adeo nefandus fuerit, ut hanc curam cum *deprecatione* illa peccaminosa & superstitiosa morborum humana commisceat, das Besprechen der Krankheit: de quali modo curandi *vid. Bravo de Medicinæ dogmaticæ præstantia Sect. 1. Resolut. 19. p. 66. seq. Utrum Medicina dogmatica debeat*

pro morbis curandis uti *Impsalnis & Saluatoribus. conf. Rejes Camp. Elyf. quæst. jucund. qv. 22. 23. 24. 28.* quod vero Febrē attinet, tunc illa *subitaneo* quodam actu nunquam curari potest & quando *alioquin cito* febris curatur, tunc secundum *naturalem & humanam* methodum *accelerate* tales sanationes valde sunt *suspecte*, iniquæ, imperfectæ & *fallaces*: nam *causa* morbi *subitanæ* talem remotiōnem non admittit & licet motus febriles *citiori* quidem termino *subjugari* queant, tamen *relicta* in corpore *causa pessime* & cum eximio damno talis cedit medicina: Christi vero medicina ita perfecta fuit, ut ægra nunc restituta *confestim* domesticis suis officiis denuo operari dare potuerit.

§. XI.

Mox nos convertimus ad *Leprosos*, à Christo curatos, *ubi biga* peculiarium historiarum recensetur, una a *Matth. 8. v. 2. Marc. 1. v. 40. Luc. 5. v. 13. altera Luc. 17. v. 11. seqq.* lepram ipsam quod attinet, tunc illa abominabilem, foedum & horrendum constituit morbum, *cujus gravitatis* ex eo inter alia inclarescit, quod tanquam *flagellum divinum* ad puniēda hominum *peccata* ab ultrice divina justitia usurpata fuerit *Num. 12. v. 10. 2 Reg. 5. v. 27. 2 Paralip. 26. v. 19.* quam terribilis affectus sit Lepra, testatur *Aaron*, quando dicit *Num. 12. v. 12. ne queso sit Mirjam similis mortuo* (i. e. foetui putrescenti in utero) *cujus dimidiata caro exesa est, cum egreditur ex utero matris suæ*: etenim Lepra est velut *simulacrum mortificinae*: in hoc enim affectu adest *contagiosa & pertinacissima* infectio totius massæ sanguinæ, *cujus crasis & consistentia intime depravata* est; in consistentia adest humorum naturalium *specialis coagulatio*, visciditas & immobilitas, in crasi occurrit *falsa acrimonia*, valde *fermentativa & contagiosa* impuritas, quæ per totum *massæ sanguinæ latifundium* disseminata est: *solide* corporis partes *internæ & externæ* cum

eum eodem *inquainamento* sunt imprægnata, sanguis depravatus in omnibus membranosis & tunicaceis partibus suo affluxu *stagnationes & stases* diversorum humorum infert, inde oriuntur *salvæ corruptiones*, partium erosiones, stimulationes, humorum extravasationes, solidarum partium intumescentiæ, relaxationes & connexæ infirmitates ad ordinarias functiones vitæ & sanitati inservientes: quare in leprosis *totus homo* depravatus est, adeo ut malum scorbutica & venerea infectione deterius sit, siquidem nulla corporis pars, ne dum quidem *ossibus* exceptis, libera & munda existit: hinc in leprosis omnes functiones, utpote *morales, vitales & naturales* vehementer sunt deperditæ, ut difficile sit iudicium atque consilium, quorum primum auxilium medicum dirigi debeat, ob id lepra affecti homines ab omni tempore omnibus abominabiles fuerunt: dum itaque hic affectus contumacissime contagiosus est, ut proprium suum nidum ægerrime deserat, quoniam omnes corporis partes detinet, ita facile liquet, quid de illius *restitutione* naturali iudicandum & sperandum sit: facile enim patet, quod ægerrime ipse curari queat, quoniam hæc lerna malorum & tot eximie depravationes difficilius & minus extirpari queunt, etenim hic affectus non est *solitarius* & simplex, sed *malignus*, complicatus & corruptus, & quando huic monstro unum auferitur caput, mox alibi plures in hoc *polymorpho*, affectu oriuntur calamitates: neque hæcenus *talis* inventa fuit medicina, quæ *tot* afflictionibus auferendis quadret: quare *plurimi* leprosi *nulla* arte restitui possunt, quicumque vero liberantur, vel *mitiori* gradu hujus affectus laborarunt, vel perinde *tardius* in meliorem statum convertuntur: talem *gravem* morbum Christus iterum *divina* sua virtute & majestatico verbo *mundus esto* ita subito curavit, ut *eadem* hora mundata fuerit lepra, secundum Matthæum, Marcum & Lucam:

B. Spenerus in der Lauterk. des Evangel. Christenth.
 Part. II. p. 125. dicit: Es gehört eine rechte lebendigmachende Krafft
 darzu, einen Menschen also zu reinigen, neque tantum unicum le-
 prosum, sed una vice decem, sanavit leprosos, quos manu
 non prehendit, sed ad sacerdotes ablegavit: de quibus
 extat, cum proficiscerentur, mundati sunt: sane talem
 morbum *motus* ille corporis nunquam sanare potuit: un-
 de divina Christi potestas in tali cura *venerabundo* sus-
 cipienda est animo: unicum quidem leprosum Prophe-
 ta *Eliſeus* sanavit, sed non propria, verum *Christi* vir-
 tute: nunc vero *multos* leproſos *sua propria* virtute ipse
 Salvator curavit: sicut vero in se spectatus leproſus affe-
 ctus curatu *difficilis* est, ita *Lucas l. c.* hanc miraculosam
 Christi curam confirmat, dum homo, quem confessum
 Christus mundavit, fuit *ὁνὴς πλὴνης λέπρας*; adeo ut
 hic affectus in *majori* gradu constitutus fuerit: ob id
 Rex Israelitarum, cum Syriæ Rex *Benhadad* militiae suæ
 præfectum *Nabanamen*, ad eum dimitteret, ut hunc à le-
 pra liberaret, dixit lacerando vestimenta sua, *an Deus*
sum ad morte afficiendum & ad restituendam vitam, quod
iste mittit ad me, ut virum restituam a lepra sua 2 Reg. 5. v. 7.
 quo ipse confessus est, quod cura lepræ a Deo proveniat:
 Et quid dicamus de illo patiente, cujus dextera manus
exaresacta fuit, ut referunt *Matth. 12. v. 9. seq. Marc. 3.*
v. 7. seq. Luc. 6 v. 6. seq. hic affectus in se spectatus, per-
 inde *arduus* est; quamvis enim nullæ circumstantiæ re-
 censitæ sint, unde hæc aridura in hoc patiente ortum
 traxerit, tamen affectus in se consideratus, *nunquam exi-*
gius est: etenim ipse consistit in certo gradu *mortifica-*
tionis, dum *sensus & motus* in affecta parte perit: hinc
 calor *naturalis* evanescit, affluxus & commeatus humo-
 rum *naturalis & vitalis* cessat, pars contabescit & na-
 turalem firmitatem amittit, adeoque ad omnes functiones
inutilis redditur, *nervæ & reliquæ flexiles* partes

non

non modo contabescunt, sed & ita *obrigescunt*, ut *ægrius* relaxari & ad *ingressum* & transitum humorum iterum disponi queant, sicque vita in tali parte quoad *palmaria* requisita privata est: talem fonticum affectum iterum Christus suo *jussu* & mandato *exemplo* curavit, qui dum ad ægrum dixit, *extende manum tuam*, ille ita fecit & *restituta* est manus ejus sana, sicut altera: qui itaque tam *repente* omnes prædictas *arduas* morbosas & *præternaturales* qualitates avertere, insuper naturalem & legitimum statum confestim revocare potest, non humana, sed divina vi id ipsum præstare debet & potest.

§. XII.

Subinde Benedictus Salvator *divinitatem* suam probat miraculosa miseri *Hydropici* cura *Luc. 14. v. 1. seq.* de quo commentatores differunt, quod inimici Christi, legis periti & pharisæi de *miraculis* ipsius dubitaverint, ac si fraudes quædam & simulationes intercurrerint; dum forte homines mercede corrupti & conducti morbum quandam fingere potuerunt, quos Christus deinde tam miraculoso modo sanasse videri potuerit; quare ipsi illi infensissimi Christi hostes hunc hydropicum ad *omnium* sensum atque confessionem non modo infirmum, sed & *extremo* morbi sui gradu afflictum, ante oculos Christi posuerunt, de quo sibi persuadebant, quod in tam *extremo* egri- tudinis suæ gradu & statu sanari non potuerit, inde fore, ut gloriam Christi destruere & coram omnibus evertere queant: Affectus itaque præsens est *Hydrops confirmatus & consummatus*: quod aliquando medici *initiantem* & in *levi* gradu constitutum hydropem *Ascitem* curaverint, observationes non rarè testantur: quod vero talis cura *ardius* & *ægrius* succedat, perinde negari non potest; quod etiam aliquando historiæ de cura hydropis circumvolent, quæ minus ingenuæ sunt, facile demonstrari potest; dum alius affectus pro hydrope perperam habitus ali-
quan-

quando pro hydropē curatus fuit: unde forte non de-
 sunt casus, ubi *impregnatio* pro hydropē habita & per *A-*
borius provocationem curata fuit: ita Mensium suppressio-
 nes, vermes, flatulentia, corrupta colica, per opiata
 curata, hæmorrhoidum anomalæ, corrupti affectus hy-
 sterici, hypochondriaci, splenetici, diurnæ alvi ob-
 struções, Hydropem Ascitem æmulantur: in præsentī
 vero ægrotante Christo oblato, verum præsto fuisse hy-
 dropicum ægrum, facile agnosci & demonstrari potest:
 Quod vero *perfectus & consummatus* hydrops *immedicabi-*
lis sit morbus, omnes ingenui consententur medici; hinc
 medicorum *scandalis* ipse annumerari solet: & si exerci-
 tatissimo medico modo duorum annorum Hydrops con-
 crederetur, quo talem affectum curare deberet, frustra
 ille omnem curam operamque impendet; quemadmo-
 dum enim Hydropis *antecedens* & occasionalis causa ut-
 plurimum *sonica* est, dum vel *nimie* Hæmorrhagiæ, vel
suppressæ salutaris sanguinis depletiones, vel *anomalie*
 hæmorrhagarum, vel febris tertianæ aut quartanæ *præ-*
maturæ cohibitiones, vel inconsultæ *adstringentium* & *o-*
piatorum usus, vel affectuum hypochondriacorum & hy-
 steriæ *corruptiones* &c. &c. eo contribuunt; imo
 dum hydrops nititur *laudabilis* lymphæ *depravatione*, tam
 quoad *crasim*, quæ cum sero *acri* inquinata est, quam quo-
 ad *consistentiam*, secundum quam ipsa *saponaria* mucidita-
 re & *spissitudine* laborat, ut & dum organa *secretoria* vel-
 ut hepar, glandulæ mesenterii & intestinorum, nec non
 renes eminenti labe, vel *infarctu*, vel *colliquatione* extrema
 sunt affecta, maxime quidem dum vasa tenerrima *lym-*
phatica *disrupta* lymphæ vero *extravasata* & in abdominis
 cavitatem *effusa* est, unde viscera hoc liquamine *relaxan-*
tur, colliquantur, *motus* vero ipsorum, atque *sensus* nec
 non *functio* naturalis aboluntur, quid quod ipsorum vi-
 scerum *textura* ob extremam talem *emolliationem* & eliqua-
 tionem

tionem successive *discerpuntur* & *consumuntur*, unde *con-*
nexæ operationes, vitæ & sanitati velificantes, *sufflaminan-*
tur, ut subinde totum corpus *lethali* labe affligatur, dum
superior regio contabescit, inferior hac eliquatione de-
 struitur: *singulæ* itaque hæ afflictiones *nulla* unquam
 medica manu auferri & *curari* possunt: & licet inter-
 dum ille aquosus tumor purgantibus, diureticis, imo pla-
 ne abdominis paracenteli, a nonnullis etiam cum vesti-
 eatorii, pedibus applicatis, *palliativa* quadam medela ad
 paucum tempus *aufferri* queat, tamen *internus* fons, unde
 de novo ejusmodi depravata lympha *affluit*, *occludi* *vix*
nulla potest arte medica: Christus vero sua divina & mira-
 culosa Medicina non modo *singulas* hæ causas tollit, sed &
apprehendendo ægrum ipsum *extemplo* in conspectu *hostium*
 fuorum, præter ipsorum opinionem sanat atque dein di-
 mittit: & quemadmodum *medici* in cura hydropicorum
evacuationem extravasatæ colluviei lymphaticæ urgent, ita
 Christus divina sua Medicina hunc ægrum *sine* *evacua-*
tione sanavit & sicut in illis miraculis, ubi Christus *ingen-*
tem populi cohortem *paucis* saturavit pane, hic panis sub
 distributione invisibili divina vi augmentatus fuit, ita in
 præsentî miraculo multa aquæ congeries, eadem divi-
 na virtute insensibiliter evanuit: de hoc miraculo *B. Spe-*
nerus in der *Lauterkeit des Evangel. Christenthums*
Domin. 17. Trinit. p. 456. 457. ita loquitur: Dieses war aber-
 mahl ein stattliches Zeugniß der göttlichen Allmacht des HERRN, die
 jenige Krankheit, an dero insgemein die Medici sich zu schanden curiren,
 mit eien blossen Angreifen zu vertreiben: Dazu nöthig war, daß an des
 Kranken Leib vorhandene Wasser der Krankheit zu verzehren, zur Geblüt
 in den Adern zu schaffen, und die verdorbene innerliche Glieder, Leber und
 was mit dem Blut zu thun hat, wieder in ganz guten Stand zu setzen, daß
 sie wiederum gutes gesundes Geblüt ins fünffache zeugete: Wozu Schöp-
 fers Krafft gehöret: Veneramur etiam hoc ordine Christi
Chirurgiam divinam, hæc recensetur ab Ev. *Joh. 18. v. 10.*

F

Simon

Simon autem Petrus cum gladium haberet, eduxit eum & percussit servum principis Sacerdotum & abstulit ei aurem dextram, nomen autem servi erat Malchus: hanc abscissionem omnes Evangelistæ reliqui allegant *Matth. 26. v. 51. Marc. 14. v. 47. Lucas vero cap. 22. v. 51.* ipsam curam Christi, describit his verbis: & tacta illius aure, sanavit eum: hæc ultima verba possent quadantenus denotare, quod hujus servi auris non abscissa & quod tantum Malchus leve vulnus perpeffus fuerit: (omnes vero Evangelistæ, qui hujus historię mentionem injiciunt, unanimiter utuntur verbo ἀΐδεν αὐτῆ τὴν ἀπὸν aut secundum Lucam τὸ ἶος τὸ δεξιόν, quod idem est ac germanica versio exprimit, und nahm ihm das Ohr weg,) interim secundum verba ipsa, auris utique ablata est: & si hæc tantum incisa fuerit, nihilominus naturali modo & virtute tam confestim sanari non potuerit, neque tactus solus naturali sympathia tantum valuerit, ut vulnus repente consolidatum sit: si vero auris penitus ablata fuit, tunc ipsius sanatio tanto magis miraculosa est: admirantur vulgo quidem Medici novam *curtorum* Chirurgiam per incisionem, cujus author Sculus ille *Branca* & propagator *Tagliacotius* fuerunt, qui ablatas nares & aures iterum restituerunt, *conf. Franckenau disp. med. de restitutione in integrum §. 5. 6.* sed hæc restitutio admodum curra & imperfecta fuit, ut præter aliqualem externam figuræ convenientiam, nihil tali parti quadrans reperiretur: qualis mutila & imperfecta sanatio a Christo Salvatore minime expectanda: siquidem in divinis suis operibus nihil imperfectum ab eodem provenire potest.

§. XIII.

Proxime nunc *Cæcorum* curam divinam, a Christo præstitam, brevibus annotabimus, de duobus cæcis sanatis testatur *Matth. 9. v. 27. c. 20. v. 30.* de cæco *Bartimæo* testi-

testimonium' perhibet *Marcus 10. v. 46. Lucas 18. v. 35. de alio cæco refert Marcus 8. v. 22. seqq. de illo homine, qui a natiuitate cæcus fuit, loquitur Job. 9. v. 1. Cæci hi dicuntur ægri: quanta vero hæc sit afflictio peritos medicos haud later: genuina quidem & specialis oculorum morboſa calamitas haud commemorata est; quod vero ad viam federint & mendicaverint, signum est, quod cæcitas non exigua fuerit, præcipue ubi unus a natiuitate eadem laborauerat: oculorum affectus ut plurimum intricati sunt & qui nunc ad perfectam tranſierunt cæcitatem, raro restitui possunt: hinc optimi ophthalmiatri in tali afflictione omnium rarissime opem ferre possunt: quare interdum cæcitas plane est incurabilis. quod præcipue de illo cæco valet, qui a natiuitate talis fuit: hoc enim organon, videlicet oculus, eximie sensibilis est pars & facile arduas patitur læsiones: an vero talis cæcitas fuerit *cataracta* (sicut de *Tobia extat. c. XL.* quod, posteaquam sel oculis ipsius inspersum fuit, desquamatae sint de angulis oculorum ejus albugines *v. 14. 15.* und der Staar gieng ihm von den Augen, wie ein Häutlein von einem Ey: und Tobias nahm es und sog es von seinem Augen und alsobald ward er wieder sehend.) an oculi reliqui depravatio, an illorum paralysis præsto fuerit, nullæ circumstantiæ judicare permittunt: quantum *difficultatis* vero inferat cataractæ cura, siue in *pellicula* adnata, siue in *obscuracione* lentis crystallinæ consistat, neminem, vel rei medicæ etiam *imperitum*, later: dum enim oculus vel propter *contentos*, vel propter *affluentes* humores, vel propter *texturam* organi, vel propter *multiplices* partes ipsum constituentes, vel propter *motum* in organo hoc ægrotare potest, ita diversus hic modus atque mali fons ubique peculiari *intricata* sua ubiſitate haud caret, præcipue ob numerosam *nervorum* complicationem, quæ in oculo occurrit: qui generales respectus facile testantur,*

quod cæcitas in hisce ægris haud fuerit exigua, sed *eximia*, quæ præterea Christum medicum expectavit, uti de illo a ventre matris cæco enarrat *Job. 9. v. 3. neque iste peccavit, neque parentes ejus, ut cæcus nasceretur, sed cæcus natus est, ut opera Dei manifesta fierent in eo*: Curam vero Christi quod attinet, quæ miseri ejusmodi homines sanati sunt, tunc *circumstantiæ* variant: ubique vero hæc medicina fuit *divina & miraculosa*, dum ab ejusmodi ardua afflictione vel *confestim*, vel *brevi*, cæci liberati fuerant, ut talis sanatio a nullo homine nude naturali vi perfici poterit: nonnullos talium cæcorum oculos *reigiti*, ubi *confestim* ipsorum oculi aperti fuerant & quod talis *medicatio* *divina* fuerit, testatur ipse Christus, quando *Matth. 9. v. 29.* dicit: secundum fidem vestram fiat vobis: hæc fides vero non ad *naturalia*, sed *spiritualia*, cœlestia & divina media pertinet: ubi iterum fides & imaginatio aut fiducia *moralis* confundi haud debent, siquidem nulla occurrunt *exempla* medica, ubi cæcitas mediante tali *imaginatione* sanata fuit: prædictas enim oculorum afflictiones *phantasia* humana corrigere non potest: alius processus curæ in cæcitate describitur *Marc. 8. v. 22.* *seqq.* venit autem Bethsaidam & obtulerunt ei cæcum & precati sunt eum, ut ipsum tangeret: tunc prebensa manu cæci eduxit eum extra vicum & cum inspuisset in oculos ejus imposuissetque ei manus, interrogavit eum, *ecce quid videret*; qui cum suspexisset dixit: *video homines instar arborum ambulantes*: deinde rursum imposuit manus oculis ejus, fecitque, ut denuo oculos attolleret & restitutus fuit, *videtque procul & dilucide omnes*: in hoc processu, quisquam ad *salvum* Christi medicamentoſam provocans iterum *naturalem* medendi methodum accusare posset: sed in hunc locum commentatur *Junius*, quod Christus non momento (ut sepe facere solitus est) sed paulatim cæco visum restituit,

statuit, hoc ideo factum esse probabile, ut documentum in hoc ho-
mine statueret liberæ suæ dispensationis, nec se adstrictum esse
ad certam normam, qui hoc vel illo modo virtutem suam pro-
ferat: & B. Spenerus dicit in Glaubens Trost domin. XII.
Trinit. p. 299. 300. Christus ist der Heiler, und der sich mit Fleiß sei-
ner menschlichen Glieder, Stimme ja Speichel gebraucht, zu zeigen, daß sei-
ne Menschheit mit in der wunderthätigen Allmacht besteht, u. also in seiner
Wunder wahrhaftig mit würete: *conf. Ejusd. Laur. des Ev. Christ.
Part. II. Fest. Marc. p. 233. 234. proinde Christus in resuscita-
tione mortuorum & voce & manibus humanis usus est, de qua
circumstantia B. Spenerus Gl. Tr. Domin. XVI. Trinit. p. 365.
differit: Es ist auch nicht vergebens, daß unser Heyland mit seinen mensch-
lichen Händen den Sarg anrühret, und mit seiner menschlichen Stimme
ihn den Jüngling ruffet, zu zeigen, daß eben seine Menschheit auch solche
göttliche Kraft empfangen habe, die allmächtig ist und sich derselben gebrau-
che, zu dessen Zeugniß Er sich derselben Werke dabey bedienet; welches auch
die lieben All-Väter bemerken, und hieraus erweisen, daß auch der Leib Chri-
sti eine lebendigmachende und also allmächtige, göttliche Kraft gehabt habe,
id quod etiam valet de illa circumstantia, quando Chri-
stus cæci oculos inspuat: naturalis enim & communis vis
Salivæ medicamentosa non æque adeo eximia, nedum ar-
duis ejusmodi morboris afflictionibus aboliendis, multo
minus tam cito emendandis congrua est: unde illæ cir-
cumstantiæ, quibus in hac curatione & illuminatione
Christus usus est, longe alium finem habuerunt, quam
ut naturale medium ad hanc curam sua naturali virtute
inservire debuerit: idem etiam valet de illo cæco,
quem commemorat: Johannes cap. 9. v. 6. seq. hoc cum di-
xisset, spuit humi & fecit lutum ex spuito & ille vit lutum ocu-
lis cæci illius, dixitque ei: vade, ablué oculos in piscina Siloam:
abiit ergo & abluít oculos rediitque videns: de quo mira-
culo dicit sepe citatus Antonides III Wunder p. 22. Der
Seligmacher, dieweil Er GOTT war, hatte in den Verrichten seiner
Wunder keine Mittel, in dem Heilen keine Argenei von nöthen, son-
dern konte alles durch Seinen Willen und Befehl verrichten: biß-
weilen wolte der Seltigmacher einige Mittel brauchen, aber solche die
zum Heilen der Quaal ganz nicht bequom waren, sondern die bequom
waren*

waren, einige Dinge, worauf der Heyland sahē, abzubilden, und auszudrücken: (cur Christus *lucum & Sputum* usurpaverit ad sanandum hunc cæcum, ventilavit *Beverovicus Episc. quest. 1. conf. Baribolinus de morb. bibl. n. 20.*) ita neque *sputum & lucum & aqua piscinæ naturalem vim medicam* habuerunt, sed quæ hæc subjecta denotare debuerant, prædictus author in seqq. fufius exposuit: quare vera locutus est cæcus ille *v. 32. 33. a seculo non fuit auditum, quod aperuerit quis oculos cæci nati; si ex Deo non esset hic, non potuisset facere hæc*, denique etiam sciendum, quod sine tali externa circumstantia Salvator cæcitatem nudo *majestatico suo verbo sanaverit in Bartimæo Marc. X. v. 52.* ubi extat: *Jesus autem dixit ei: abi, fides tua te servavit. statim igitur recepit visum*, ubi iterum Christus *fidem cæci* extollit: eadem etiam *majestatica divina & miraculosa* virtute curavit Christus illos, de quibus *Mattheus* disserit *cap. 21. v. 14.* tunc venerunt ad eum cæci & claudi in templo & sanavit eos.

§. XIV.

A cæcis nunc ad *Surdos & Mutos* nos convertimus, quales miseros homines a Salvatore curatos recensent Evangelistæ: *Matth. 9. v. 32. Luc. XI. v. 14.* muti & obfessi mentio occurrit; deinde *Matth. 12. v. 22.* mutus & cæcus allegatur: porro *Marc. 7. v. 32* muti & surdi sanatio recensetur: quod vero hanc miseriam humanam, qua quis surdus & mutus redditus est, attinet, tunc frequentius *utraque calamitas conjuncta* deprehenditur, ubi afflictio tanto *major* comparet: in præsentibus vero historiis *nulla morbi causa* apparet: unde brevibus tantum indicamus, quod ejusmodi miseria ut plurimum a *nervosarum partium flaccescentia & paralytica relaxatione* proveniat; aliquando *membronsæ partes* in hisce organis, loquelæ & auditui dicatis, *extenduntur*, aut penitus *disrumpuntur*.

disrumpuntur, ut ad hæc officia, ulterius perficienda, inepta evadant: quandoque *morbosæ aliæ* superveniunt qualitates, velut præternaturales *humorosæ* oppletiones, scéssiones & indurationes in hisce locis, quandoque tenaces *spasmodicæ* stricture hæc partes inhabiles reddunt &c. undecunque vero ejusmodi alterationes ortum traxerint, tunc ubique *ardua*, curatu difficillimæ, si non plane quandoque immedicabiles evadunt: tanto magis vero ejusmodi calamitates *qualificate* magisque intricatæ existunt, quando complicatæ sunt; sic usitatus ex simplici *aphonia* medici *malum* prognosticon formant, id quod tanto magis de illa valet afflictione, quæ jam *aliquandiu* duravit, neque post *primam* invasionem brevi *emendata* fuit: idem etiam de *Surditate inveterata* valet: neque *improbabile* est, quod illi afflicti surdi & muti, qui Christi curæ submissi fuere, *inveterato* quodam malo laboraverint: dum vero auditus & loquelæ privatio communiter *nervosarum* partium *fontica* quadam labe nititur, ita palam est, quod nulli ferme affectus magis fontici & intricati existant, quam qui *talem* agnoscunt causam: quando vero simul in ejusmodi afflictis personis *obsessio demoniaca* coincidit, tunc eo *gravius* est malum, quod tanto minus ulla *naturali* potestate extirpari potest: Christus vero Medicus, non modo tales affectus *funditus* curavit, sed & *perfecte* & *cito* talem sanationem præstitit: quodsi enim aliquando in ejusmodi afflictionibus naturali medica methodo auxilium sperare licuerit, tunc illa medela in *mitiori* tali malo non modo *tardius* interdum succedit, sed & subinde admodum *imperfecta*, deprehenditur: in Christo enim *dictum, factum & perfectum* est; de quali cura testes & spectatores edicere poterant *Matth. 9. v. 33. nunquam apparuit tale quidpiam in Israël*: ob talem immentæ dignitatis

ratis sanationem præ admiratione obstupuit etiam ad-
 spiciens populus *Matth. 12. v. 23.* alii vehementer mira-
 bantur & dicebant: omnia bene facit: surdi, ut audiant
 & qui non loquuntur, ut loquantur, *Marc. 7. v. ult.* quan-
 do vero populus apud *Marc. 7. v. 32.* a Christo desidera-
 vit, ut imponat surdo & difficulter loquenti manum, tunc
 ipse digitos in aures ejus immisit & sruit ac tetigit linguam
 ejus & posteaquam suscepit in celum & ingemuit, dixitque
 ei: adaperitor, in eadem hora adaperite sunt aures ejus &
 solum est vinculum lingue ejus & loquutus est recte: in
 quo processu iterum neque tactus digitorum, neque spira-
 tum naturali vi opem præstitit, sed conjuncta divina po-
 testas sanavit: *B. Baro de Canstein in Harmonia Evangelii-
 ca p. 5. c. 3. p. 633.* dicit: Const gebraucht sich der Herr allerley Ce-
 remonien, welches von den Propheten oft geschähe, aus des Heil. Gei-
 stes Trieb, da allezeit in solchen Dingen gleichsam einige Rägel stecken:
 die Dinge aber aus sich selbstem hatten nicht die Krafft des Wunder-
 Werks, sondern es kam die Krafft daher, weil der Herr es war, der sich
 derselben gebrauchte, weil es seine Hände u. s. w. waren: porro dicit: weil
 dieses Geschöpf vertorben war, so brauchte Er sich der Heil. Schöpf-
 fers Krafft, welche der Mensch. Natur mitgetheilet ist, und legte seine
 Finger in des Tauben Ohren, zu zeigen, daß sie nun würden geöffnet
 werden, und solches seine Krafft sey: und spärte: etwa aus der Ur-
 sach, da sonst der Speichel bey den Menschen mehr eine Unreinigkeit ist,
 und von den Menschen insgemein dahin geworffen wird, daß er hinge-
 gen zeiget, wie Sein Leib so voll heilwertiger und lebendiger Krafft sey,
 daß Er auch durch Seinen Speichel gutes thun und heilen könte, *conf.*
*illa, quæ ex B. Speneri Glaubens Trost s. preced. allegavi-
 mus: huc pertinent, quæ ibid. p. 300. proferuntur:* Wir fin-
 den Gelegenheit bey diesem Wunder, in gewissen maas uns des Heil. Gei-
 stes zu erinern: dann Christus legte seine Finger in des Tauben Ohren:
 Nu wird der Heil. Geist der Finger Gottes genennet, aus Gegenhaltung
Matth. 12. v. 28. Luc. 11. v. 20. also mögen wir auch solches ansehen
 deswegen geschehen zu seyn, daß der Herr habe weisen wollen, wie auch
 der Heil. Geist Sein Werk hiebei gehabt habe: *Quando porro fi-
 lius regii Job, 4. v. 47. jam moribundus erat, qualiscun-*
 que

que etiam ipse fuerit affectus, si Christus absens *nudo* suo verbo è faucibus *mortis* eundem confestim eo momento, quo hoc verbum è benedicto suo ore elocutus est, extraxit, adeoque in talem *distanciam* suam extendit Sanationem: quis hic non agnoscat *divinitatem* evidentem Salvatoris: derisione merito digna sunt illa aliorum medicorum experimenta *sympathetica*, quando ad hanc Christi curam comparantur & applicantur; neque quidem alia *profana* & *superstitiosa* tentamina huc trahi merentur, ne quis *divinæ* & *majestaticæ* Christi gloriæ ignominiam afferre videatur: dubia illa, interdum vana, profana, impia & ridicula experimenta in præsentis *majestaticæ* Christi medicinæ consideratione & veneratione locum haud inveniunt: Simili *divina* & *miraculosa* cura sanavit Christus servum centurionis secundum *Matth. 8. v. 6.* paralyticum & pessime affectum, secundum *Lucam c. 7. v. 2.* male affectum & ad moriendum propinquum, in quo ægroto iterum res ad *extremum* devenere statum, qui *nulla naturali* ope restitui potuerat, siquidem sine dubio centurio huic servo, qui ipsi charus aut pretiosus fuit, antea, priusquam morbus in tam extremum statum & gradum accrevit, *aliis* naturalibus auxiliis *sanitatem* reparare allaboravit: & hunc *moribundum* ægrum, tam *arduo* morbo (cujus in præcedentibus mentio facta fuit) oppressum, Christus in *absentia* confestim integre curavit, indicante *Matthæo c. 8. v. 13.* & dixit *Jesus Centurioni, abi & ut credidisti fiat tibi, Sanatusque est puer ejus* (ibi appellat Evangelista hunc ægrum puerum, quem Lucas servum nominat, unde ad minimum constat, quod junior hic fuerit patiens) *in eadem hora*: ita omnes circumstantiæ aperte *divinam* & *miraculosam* Christi medicinam confirmant.

Multis hactenus Speciminibus Salvatoris *divinam & miraculosam* probavimus Medicinam; pauca adhuc restant, quæ ad illustrationem præcedentium meditationum pertinent: sciendum itaque est, quod Christus non modo *singularia* talia subjecta ægrotantia uno tantum processu & una occasione sanaverit, sed quod uno processu multos ægros, *diversa* afflictione oppressos, *eadem* divina curaverit potestate, quæ circumstantia *eo magis* miraculosam Christi medicinam comprobat, atque illustrat: quando itaque post *longam moram* medicus artifex *naturali* methodo & medio *arduam*, atamen *curabilem* adhuc morbum restituit, tunc aliquando alii homines talem successum admirantur atque extollunt, si vicissim Christus Dominus verus Archiater multos ægros, *discreto* incurabili morbo afflictos, cito, perfecte, una serie, sine ullo naturali adminiculo curat, quidni divinitas & magnificentia Salvatoris inde elucescat: ita dicit *Mattheus* c. 15. v. 29 - 31. *Et digressus illinc Jesus juxta mare Galilæe & cum ascendisset in montem sedit illic: tunc adiit eum turba multa, habens secum claudos, cæcos, mutos, mancos & alios multos & abjecerunt eos ad pedes Jesu & sanavit eos adeo ut turba mirata sit, cum videret multos loquentes, mancos sanos, claudos ambulantes, cæcos videntes & glorificarent DEum Israël:* conf. *Matth.* 14. v. 14. 35. 36. c. 9. v. 15. c. 19. v. 2. c. 21. v. 14. *Marc.* 3. v. 10. 11. & *Lucas* c. 7. v. 21. refert: *in ea autem ipsa hora multos sanavit ab infirmitatibus, & à flagellis & à spiritibus malis, & multis cæcis dabit ut viderent; & cap. 4. v. 40. enarrat idem Evangelista in occasu solis omnes quibus essent ægroti, quia ægrotarent aegritudinibus variis adduxerunt eos ad ipsum: ille vero super unumquemque ex ipsis manum suam ponebat & sanabat eos & exibant etiam demonia à multis; id quod etiam*

iam à *Matthæo* c. 8. v. 16. & *Marco* 1. v. 34. allegatur: Proinde in divino tali processu sanandi benedictus Salvator interdum manus ægris imponebat *conf. Luc. 4. v. 40. ille vero super unumquemque manum suam imponebat & sanabat eos*: sæpe verbis curabat, ut hactenus fufius demonstratum fuit; multi ægri etiam curati fuerant, qui tantum *vestimentum* ipsius attigerunt, ut mulier hæmorrhousa *conf. Matth. 14. v. 35. 36. & cum agnovissent ei viri loci illius, miserunt in totam circumjacentem illam regionem & obtulerunt ei omnes male affectus: & precabantur eum, ut solum tangerent fimbriam pallii ipsius & quotquot tetigerunt, liberati sunt*: multi afflicti restituti sunt, vi illa ab eodem prodeunte, ut audit die Krafft des HErrn gieng von ihn und halff jederman, *Luc. 5. v. 17. c. 6. v. 19. conf. Marc. 5. v. 30. imo hic divinus Medicus aliis etiam potestatem, hac divina Christi virtute sanandi largiebatur, Matth. 10. v. 13. Luc. 11. v. 2. quibus ipsis circumstantiis, ad Medicinam Christi spectantibus, hic benedictus Salvator miraculosum & divinum suum sanandi modum confirmavit: Et quid dicamus de obsessis aut demoniacis? hæ miseræ personæ communiter morbosa laborabant afflictione: brevibus itaque de talibus dæmoniis significamus, quod in illis *Satanica* obsessio præsto fuerit, neque illi homines, qui in S. Codice *dæmoni*aci vocantur, nudo *naturali* morbo laborarunt, morbus enim ipse, licet *naturalis* fuerit, tamen a *Satana* provocatus fuit: quare ipse Christus *Luc. 13. illum Spiritum infirmitatis* *πνεῦμα ἀσθενείας* v. 11. nominat *Satanam* v. 16. unde per dæmonia neque spiritum *intermedium* in hac Medicina Christi, neque causam *naturalem*, sed *diabolum* intelligimus (*conf. Antonides l. c. p. 97-99. ubi varium significatum dæmoniorum, exponit*) sicut Christus in *una eademque historia Matth. 3. v. 22. 23. in apologia sua nominat Beelzebulem & principem dæmoniorum, Sa-**

tanam dum vero tales morbi corporis a Satana provocati sunt, ita humana & naturalis vis ad talem miseriam emendandam & expellendam non sufficit; ita *Luc. XI. v. 18.* Beelzebub, Dæmonium & Satanas pro Synonymo accipitur & porro dicit Christus *v. 21.* *Cum validus quispiam armatus custodit aulam suam, in tranquillitate est possessio ejus, si vero veniens is, qui eo fortior est, vicerit eum &c.* exinde colligere licet, quod ad fortem dæmonem expellendum, fortior virtus, quæ non est in homine & nuda natura, requiratur: unde obsessorum morbus non nude naturalis est; *conf. Speneri Lauterkeit des Evangelischen Christenthums Part. I. p. 463.* quicumque itaque hunc infernalem hostem exturbat & simul afflictum corpus uno eodemque momento sanat, is DEUS utique esse debet & suam Medicinam divina & miraculosa virtute exercet & talis sanatio contigit cum filia mulieris Chananæ *Matth. 15. v. 21. seq. Marc. 7. v. 24. seq.* cum obsessis illis, qui e sepulchris prodierunt *Matth. 8. v. 28. seq. Marc. 5. v. 1. Luc. 8. v. 27.* cum alio obsesso *Marc. 1. v. 23. seq. Luc. 4. v. 33. 41. c. 8. v. 27.* unde etiam benedictus Salvator potestatem dabat ejiciendi dæmonia *Marc. 3. v. 15.* Quando vero medici hanc divinam virtutem ejiciendi & fugandi Satanam nudis naturalibus mediis imitari volunt, tunc illis respondet dæmonium: *JESUM novi & Paulum scio, vos autem qui estis?* *Act. 19. v. 15.* hic sane hypericum, antirrhinum, adianthum, paris, taxus, allium, origanum, capillus veneris, &c. nihil efficient, nam dæmonia DEI digito ejici debent: quare medicorum auxilia contra incantamenta fallacia, aut vana, aut superstitiosa sunt: nam diabolus nulli nisi DEO cedit; quicumque itaque medicus non cum panoplia Christi contra hunc hostem pugnat, ille dispergit & succumbit: Et qui denique potest divina virtute magis prastare, ille etiam minus valebit (licet omnia Christi opera sint

sint magnalia DEI) ita enim Salvator *mortuos* resuscitavit, quo ipso actu CHRISTUS *Job. V. divinitatem* suam probavit, quando *spiritualiter & naturaliter* mortuos ipse vivificat: hac *suscitatione* ipsi medici a Christo indigent & quid de *Resuscitatione semi mortuorum medica* sciendum & sentiendum sit, D. D. *Præses* peculiari *dissertatione* fufius exposuit: CHRISTUS enim sua *divina* potestate suscitavit mortuos, neque enim mortuus diabolico miraculo vivificari potest, ut solide explicat B. Spenerus *Lauterheit des Evangelischen Christenthums* Part. I. p. 443. Et hæc sunt, quæ præsentem themate de *Christi Medicina divina & miraculosa* pro modulo infirmitatis nostræ proponere volumus: claudimus vero præsentem nostram meditationem confessione illa *Syracidis cap. 43. v. 29.* usque ad finem: ut dicamus multa, baud quaquam tamen assequemur; & ut *summatim* dicam is est universum ipsum: *Gloria* afficere eum ubi valeremus? nam ipse est magnus præter omnia opera sua: *terribilis Dominus & magnus* valde & admirabilis potentia ejus: *glorificantes Dominum exaltate quantum potestis*: nam adhuc etiam *superabit exaltationem vestram*; & *exaltantes eum*, plurimas vires conferre, ne *desatigemini*; non enim unquam assequemini: quis vidit ipsum, ut enarret & quis magnificet ipsum prout est: *multa abscondita sunt majora istis*; *pascha* vidimus ex operibus: nam omnia fecit Dominus & piis indit sapientiam. Quem admodum vero præfens labor eo a nobis directus est, ut deprecicemus *magnificentiam* Christi, *Summi & divini Archiatri*, ita precamur, ut in nostra *Medicina* semper eandem *divinam directionem & benedictionem* experiamur, veneremur & confiteamur; Sentimus itaque cum B. Arndio in *ver. Christian. Lib. 2. cap. 16.* quia *Christi gloria* fuit tot *divina miracula* perpetrasse & hominibus *ex sincera charitate affectus* benefecisse, utcumque mundus ingratisimum se præbuerit: *Largire nobis o DEUS similem* affe-

*affectum & animum proximo benefaciendi, ne ingratitude
a beneficentia revocemur & non nobis, sed nomini Tuo glo-
riam demus in omnibus nostris operibus; Ostende itaque
(ita claudimus cum Tb. a Kempis de imit. Christi lib. 3. c. 34.)
magnalia tua & glorificetur dextera tua; quia non est spes
alia, nec refugium mihi, nisi in Te Domine DEUS meus;
& cum B. Arndio Lib. 2. cap. 35. Veni caelestis Medice, nam
omnes te opus habemus: quo voto obtento, salu-
berrimum nostrarum meditationum
& operationum impe-
trabimus*

F I N E M.

MENS, AMENDE, tamen per valde est arte polita,
Quaquam TU numeras annorum perbreve
tempus,
Arta Pæonia quod TU solers tribuisti.
His jam confectis præclaro nomine digno
Gratulor: OMNIPOTENS NŪMEN TUA cæpta
secundet.
Ut morbis semper curatis laude fruaris.

*His Nepoti ex Sorore dilectissimo ex animo
applaudere voluit*

M. CHRISTIANUS FRIDERICUS BOCK,
Med. Cand.

Cer-

Certandum est nulli veniunt sine Marte triumphū
Et nisi certanti nulla corona datur.
Præmia TU certans, AM ENDE digne, capeffis.
Doctrinam in praxin ducere namque licet:
In qua TE jubeat fortunatum esse JEHOVA
Hæc ex sincero pectore vota precor.

TIBI cupientissimus
IOHANNES CHRISTIANUS FABRICIUS,
Tundera-Cimber. Med. C.

Laus in fine sonat; virtus in fine coronat
Eximia AM ENDE solenni nomine doctum.
Quam pariunt magnos TIBI fructus ecce labores!
Es animum nactus splendescentem arte medendi.
TE sanum hic firmet, ne egrotus restituaris:
Exhibeas usum non tantum sic TIBI, cunctos
Restituas egros, exopto juvante JEHOVA.

TIBI Præstantissime Domine Candidate, Amice
estimatissime, deditissimus ex læto & gra-
tulabundo animo,

GEORGIUS DANIEL BOESSEL,
Hennebergico-Suhlanus, Med. Stud.

Sic cerno eximiam benignitatem,
Qua cunctos homines beas, JEHOVA!
Nam Tu suppeditas amœna dona
Non vero gelidis, gravi veterno
Qui vitam madidi trahunt inertem,
Sed qui continuo ferunt labores,
Cure quos vigiles ad omne honestum:

Ingenti stimulo student vocare,
Jam TU testis ades, Perchare AM ENDE
Respondere TUO bonos labori
Fructus, quo TIBI præbet nunc JEHOVA,
Hoc est principium atque præmiorum
Primum, sed specialia, assevero,
Æternum TIBI jam DEUM parare.

Hicce, Candidate Dignissime, Amice & Con-
tribernalis integerrime animum sincere gratu-
lantem declarare voluit

AD. FR. BERGHAUER, S. Theol. Cult.

*S*it TIBI faustus honos, sint præmia fausta laboris,
Fausaque sit laurus, DULCIS AMICE, TIBI!

C. N. GOERING, J. V. Stud.

Des Höchsten weisse Hand hat in uns Lieb gelegt/
Die Lieber so betrübt/ wenn der Geliebte klagt/
Die Lieber die daß Herz aufs innigste bewegt/
Wenn vor den Unglücks-Sturm ihm wird der Port versagt,
Sie freut sich aber auch/ wenn ihm das Glück besieget/
Und seinen edlen Dienst zu seinen Diensten stellt/
Da wird sie recht erfreut/ daß es sich vor ihm bieget/
Besonders wenn Gebuhret der Liebe Zügel hält.
Dies ist denn auch der Grund/ mein Bruder, meine Wonnet/
So meine Brust empfindt an deinen Freuden-Jest/
Da dich der Herr ansieht mit seiner Gnaden-Sonne/
Und dir noch größere Huld von Himmel hoffen läßt.
Ich freu mich/ daß du höchst des Vaters Wunsch ehrest/
Und dich gedoppelt hat mit seiner Gnad beglückt.
Dein Segen werde denn durch Ihm noch mehr vermehret/
So wird das Mutter-Hertz samt Bruder Lieb erquicket.

Christoph am Ende.





ULB Halle

3


002 807 599



Sb.







DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA, 20
DE 11925 76
**MEDICINA CHRISTI
DIVINA ET MIRACULOSA,**

Julian Panzer
2. 11. 1890.

QVAM,
AUSPICE DEO PROPITIO,
Et Consensu atque Auctoritate Gratiosae Facultatis Medicae,
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,

PRÆSIDE
DN. D. MICHAELE ALBERT

SACR. MAJEST. REG. BORUSSÆ AULICO ET CONSISTORII MAGD
BURG. CONSILIARIO, MEDICINÆ ET PHILOSOPHIÆ NATURALIS
PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO, ETC.
FACULTATIS MEDICÆ DECANO SPECTATISSIMO,

Domino Patrono, Preceptore ac Promotore suo, omni honoris cultu prosequendo,

PRO LICENTIA
SUMMISQVE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS
DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,

HORIS LOCOQVE CONSUEVIS,
ANNO MDCCXXV. D. DECEMBR.
PUBLICAE AC PLACIDAE ERUDITORUM VENTILATIONI SUBJICIET
RESPONDENS

CHRISTIANUS AM ENDE,
LOESNITIO - SCHOENBURGICUS.



HALÆ MAGDEBURGICÆ,
Typis IOANNIS CHRISTIANI HENDELII, Acad. Typogr.

